Oelrichsiani.
legati.
pars. sum.
vide. ne.
aliorum. usibus. invideas.
morando. negando. maculando.
lacerando. abutendo.
B. 093.

Johann Samuel
[illegible]
Anno 1703

Johann Samuel Sodeman
āo 1703.

I. N. D.

CARMINA

Juvenilis & Virilis ætatis,
quæ variis de argumentis paſſim
compoſuit,
Nunc vero luci publicæ tradita

LIBELLI POETICI

PARTE I. ET II.
complexus eſt

M. GEORGIUS Ungnad/
SERENISS. DOMUS BRANDENB. ex percepto Magnifico Stipendio Elect. March.
Alumnus & Cliens Devotiſſimus,
& h. t.
Eccleſ. Seehuſ. Pal. March. Diaconus.

BEROLINI, Ex Typographia Salfeldiana.
CIↃ IↃC LXXXXIIX.

473751

Cicero pro M. Cæl.

Studia ſunt, quæ in adoleſcentia, tanquam in herbis ſignificant, quæ virtutis materia & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ.

Verulam. S. F. XLVIII.

Dotes naturales inſtar plantarum ſunt ſponte provenientium, quæ culturam & falcem artis deſiderant.

Ex Bibliotheca Reg. Univers. Vratisl.

ILLUSTRISSIMO atque EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DN. PAULO
DE Fuchs/

Sereniſs. & Potentisſimi

ELECTORIS BRANDENBURG.
CONSILIARIO STATUS INTIMO,
Rerum Feudalium & Eccleſiaſticarum Directori,
ut &
Protoſynedrii Eccleſiaſtici Præſidi Eminentisſimo,
Domino Hæreditario in Malchovv,
&c. &c.

DOMINO SUO AC MÆCENATI BENIGNISSIMO

Hunc
levidenſem tenuis Camœnæ fœtum,
Quem Ipſe quondam
Benigne diſpenſato MUNIFICENTIÆ ELECTOR. BRANDENB. Congiario mirifice promovit,
aluit, enutrivit,
Eâ, quâ par eſt, animi ſubmisſione, reverentia atque obſequio

Humillimus Cliens Auctor

dedicat conſecratque

Sequenti Allocutione Nuncupatoria metrica:

MÆCE-

MÆCENAS MAGNE,

BRANDENBURGIACÆ Splendor quam Maximus AULÆ
Mirantique polo cernitur atque Solo,
PRINCIPIS ac reſonant Auguſto Nomine noſtri,
Quæ veniens luſtrat Sol fugiensque, loca.
Nec latuiſſe poteſt, Sceptri Regalis honores
Quæ dedit immenſos, concelebranda viâ.
Eſt decor æternus, celſo cognatus Olympo,
Entheus Euſebies conſpicuusque nitor,
Quem DIVUM ritu FRIDERICUS TERTIUS auxit,
Imperitans ſanctè Sabbata ſancta coli,
Sollennesque piis ferveſcere cultibus aras,
Placarique ſacra relligione Deum.
Laudibus his tantis invicto marmore digna
Jungitur Aſtrææ Gloria BRENNONIAE,
Et, quæ felicis renovavit temporis aurum,
Cara Dei Soboles intemerata Themis;
Quam *cœleſte* PII FRIDERICI *Symbolon* ornat,
Quam juſtum regimen dans *cuicunque ſuum*,
Præmia larga probo generi pœnasque maligno,
Supplicium in rabidos & capitale greges,

 Quos

Quos rapit in cædes orci furialis Erinnys,
Impiaque immani more duella docet.
Jam perterricrepis quam clarus BRENNUS ab armis,
Præſidio pacis, Teutona terra, tuæ:
Præſidio, rigidi quod contremuere Geloni,
Hoſtis & Eoi vel numeroſa phalanx;
At Marti ingenuas artes ſociare potenti,
Palladis & ſacros condecorare focos,
BRANDENBURGIACÆ Culmen memorabile famæ eſt,
A ſera dignum poſteritate cani,
Dum Dvisburgenſis præcelſa ſacraria Pindi,
Dumque Viadrini percelebrata manent,
Dum Parnaſſus erit Regali Monte Boruſſus
Fulgidus, atque Decus, nobilis Hala, tuum,
Magnifico ſumptu pomparumque ordine longo
Condita Virtutum Splendida Templa ſacris,
Illæ FRIDRICI magnum molimen Athenæ,
Illaque Bellonâ ſtructa furente Domus;
Caſta Minerva ſuas quo pacis ut intulit artes,
Omine felici pax rediviva viret,
Otia Germanæ telluri læta reducta,
Otia Apollineis proſperiora choris.
Sic divina patet jam Majeſtatis origo
BRENNORUM, Virtus æmula multa poli.
Quanta ſed Ipſorum Solio Tu commoda Magnus
Addideris Atlas, Conſus & ipſe novus,
Quid Tua præſtiterit vis ipſo oculatior Argo,
Vivida quid mentis robora in ore pari,

Totius

Totius Aulai quam grande ſit inſtar in uno
TE, quantis plenum Palladiumque bonis,
Quanta TIBI pulchro ſedeat ſub corpore virtus
Cunctarum laudum fertilis atque capax,
Hoc DIVUS norat FRIDERICUS nomine MAGNUS,
Hoc MAGNI NATI Gratia Magna docet!
Nec fugit hoc ſemota procul pallatia Regum,
Eloquium toties quæ ſtupuere tuum,
Promptaq; facundæ vel centupla munera linguæ,
Fœcundi gazas ingeniique graves,
Et vim præſagam venturi oracula dantem,
Quanta Pericleis haud tonuere labris,
Et Dominatorum myſteria ſingula vitæ
Optima, ſecretos imperiique modos:
Queis Tu *Marchiacus* late cantabere *Neſtor*,
BRENNORUM donec fama ſuperſtes erit.
Fama eadem ſtabit præſentis magna libelli
Portio per corpus ſparſa ſubinde ſuum,
Atque immortales devoto pectore grates
Exſolvens Phœbo nunc quoq; BRENNIGENÆ,
Quique redux coelo micat inter Sidera Sidus,
Quique ſuis donat tempora fauſta ſolo.
Hic mihi ſubmiſſe cum collaudetur uterque
PRINCEPS in Muſas largior ante meas,
Marchiacos inter dum me quoque fovit egenum
Munificasque mihi ſuppeditavit opes,
Queis felix Viadri vivebam ad littora docta,
Sole bis exactam rurſus eunte viam:
Incomtis veniam des, ILLUSTRISSIME FUCHSI,
Verſibus his auſis approperare TIBI.

 Nam

Nam Tu MÆCENAS Auguſti Marchicus ingens
BRENNI: MÆCENAS Tu mihi Magnus eras,
BRANDENBURGIACÆ diſpenſans munera Dextræ,
Quæ cecini tenui carmine, mente pia,
Et, cum laudato diſcens Helicone tenerer,
Qui laurum Sophies læta brabea dedit,
Et, cum Berlinum me clauſit dulce magiſtrum,
Ac promptum Patriæ concelebrare PATRES.
TE MÆCENATEM licuit quoque cernere coram,
Et vultus Charites noſcere abunde gravis,
Alloquioque frui, cui non dulciſſima mella,
Non æquo ambroſiæ nectaris atque dapes.
Ergo Tuis meritis hæc gratæ victima mentis
Advenit: hanc oculo, quæſo, favente bea,
Atque humiles iſtas permagno numine Muſas
Provehe, queis voti ſumma perennis erit:
VIVE per innumeros fortunatiſſimus annos,
BRANDENBURGIACO Dulcis Apollo Throno:
Hunc & Conſiliis & fauſta mente ſecunda:
Sic longæ carmen poſteritatis eris,
Et tuus æterni tangens confinia ſecli
Ora Poëtarum laſſa relinquet honos.

PERILLUSTRIS EXCELL. T.

Cultor ac Cliens
Devotus

M. GEORGIUS Ungnad.

LECTORI BENEVOLO SALUTEM!

EN tibi, Lector bone, quæ canebam
Vitreo Spreæ Viadroque junctus
Spumeo lymphis rapidis & unda
Præcipitante.
En ſimul verſus leviore plectro,
Quos dedit parvæ timidus Camœnæ.
Spiritus Pleiſſam prope Lipſienſem,
Patrium & amnem.
Hæc premi longum poterant in ævum
Noctis obſcuræ tenebris & umbris:
Cuncta nam ſoccos imitantur imos
Paupere ritu.
Sed premi & lucis volui beari
Vivus uſura, ſatis ut pateſcat,
Nunquid in multis juvenem virilis
Vicerit ætas;
Ut Deum donis celebrem haud ſepultis
Et meos magnæ fidei Magiſtros:
Hinc ut exemplum juvenes ſimulque
Commoda ſumant.

Si quid erratum reputas ubiquam,
Mente condones facili: vicisſim
Et tuis nævis veniam videbis
Eſſe paratam.
Ergo cenſura mea perbenigna
Accipe, &, quanam ſerie ſequantut,
Mox legens gaude, rigido ſepulto
Judice Tarpa.

SYLLABUS eorum, quæ hoc Libello Poëtico continentur:

PARS I. abſolvitur *Carminibus Juvenilis ætatis*, quæ ſunt

A. LÆTA, & qd. varia, nempe

1. Gratulatoria S. Syncharistica
In Dies Onomaſticos p. 1. ſeqq.
In novi anni auſpicium p. 19. ſqq.
In ſuſceptum publicum munus p. 29. ſqq.
Ad vitæ Academ. Candidatos p. 32. ſqq.
In eruditas Orationes ac Scripta Amicorum p. 37.
In Promotiones ad honores Academ. p. 39. ſqq.
In Natalem Dn. M. W. p. 41.
In victrices copias Sereniſs. ELECTOR. BRAND. ex Hungaria redeuntes p. 44.
In Solennia Nuptialia p. 45.
2. Encomiaſtico Euchariſtica p. 51. ſqq. quo inprimis p. 63. ſeqq. pertinent laudata Germanæ virtutis An. 1685. contra Turcas ſpecimina, tum Marchiæ & Berolini flos, & alia.

Sed &

Sed & habita per nexum Illuſtris Stipendii ELECT. Marchici Oratio *de Munificentia Principum in conferendis artium liberalinm ſubſidiis* p. 71. ſq.

Accedit deniqueduplex Sacoma nempe
a. Libellus aliquis ſupplex metricus p. 89. ſqq.
b. Oratio de adventu veri Meſſiæ. p. 92. ſqq.

B. TRISTIA, quæ ſunt

1. Funebria & lugubria p. 99. ſqq. 117. ſqq. addita Inſcriptio funebris p. 113. ſqq.
2. Objurgatoria in juvenem artes liberales cum Marte commutantem p. 121. ſq.

Mantiſſæ loco adjecta
Eteoſticha (p. 122. ſqq.) & in his illud in annum 1691. anticipatum.

PARS II. complectitur *Carmina Virilis ætatis*, quæ ſunt

A. LÆTA, eaque

1. Euchariſtico-Votiva, ut
a. Pars Orationis Inauguralis, quâ Subconrectoratum Gymnaſii Berlin. auſpicabar p. 1. ſqq.
b. Carmen Francofurti recitatum, cum Magiſter Philoſophiæ crearer p. 10. ſqq.
2. Encomiaſtico-Votivo-Panegyrica ex Actu meo priori Oratio Berolinenſi, ubi
De Principum Vicariatu divino p. 19. ſq.
De Imperii mole divino Spiritu adjuta p. 20.
Encomium divinæ curæ SER. ELECT. BRAND. FRIDER.

FRIDER. III. de fervidius celebrandis Sabbatis p. 22.
Encomium Prudentiæ Ejusdem PRINCIPIS p. 24.
Elogium Edicti BRANDENB. in Duella p. 25.
Encomium Stipendii Electoralis Marchici p. 27.
De Fortitudine Principum in piis bellis p. 28.
Encomium Commerciorum publicorum BRANDENBURGICORUM, imprimis Berolinenſium p. 31. ſq.
Encomium fidei ſubditorum BRANDENB. in ſuos PRINCIPES p. 38. ſqq.
Gratulatio ad illos ſubditos de Exoptatiſſimis, quos imitetur, ELECTORIBUS. p. 43.
It. ad ELECTORES BRAND. de laudis tantæ ſtudioſis ſubjectis p. 44.
3. Synchariſtica S. Gratulatoria
In novos honores p. 46. ſqq.
In Nuptias p. 64. ſqq.
In felix iter ELECTORIS, & aliorum p. 93. ſqq.
In Dies Genethliacos p. 96. ſqq.
In exordium novi anni p. 105. ſqq.
In Dies Nominales p. 113.
Accedit Mantiſſa Carminum
De Ingenii literarum capacis origine p. 125.
In Campum jaculatorium Berlinenſ. & Colonienſem p. 126.
B. TRISTIA & qd.
In mortem Chriſti pag. 127. ſq.
additus eſt Hymnus quidam Paſſionalis in verſus latinos redactus p. 133.

In

In aliorum funera p. 136--192.
Adjecta eſt Mantiſſa
1. Variorum Hymnorum Sacrorum in metra latina transmutatorum p. 192. ſqq.
2. Diverſorum Anagrammatum p. 211. ſq.
3. Aliorum Poematum v. g.
De gemino bello: de verno tempore p. 225.
De Chriſtianorum dignitate illuſtri ex uſura Satellitii Angelici p. 226.
De Pſittaco ſæpe Pittaco p. 228.
In fere quotidianam pluviam A. 1698. p. 229.
De Concordia ibid. & p. ſq.
In Natatorem quendam in aquis extinctum p. 230.
In Cunas Chriſti ibid.
De Unione S. Concordia, qua minor vel pretioſiſſimus unio ibid.
De beneficiis ut veneficiis ibid.
4. Carminum deſumptorum ex poſteriori meo Actu Berolinenſi: cujus
A. *Prologus* pag. 231. ſq.
B. *Scena Antemeridiana*: ubi
Chriſtus Sol Juſtitiæ in Zodiaco Paſſionali p. 233.
Solſtitii Chriſti in cruce præfica Eclipſis Solaris paſſionalis pag. 235.
Anima fidelis hic *Selenitis*, illic Heliopolitis p. 237. ſqq.
C. *Scena pomeridiana*: ubi
Parelius Soli S. R. I. oppoſitus p. 239.
Scazon de Luna Turcica p. 240.

SOLIS

SOLIS BRANDENB. ZODIACUS per terras tum temporis ELECTORAL, TITULIS comprehenſas pag. 241. ſqq.

Harmonia Siderum Pythagorica ad ſuavem Concordiæ in Cœlo

Oeconomico concentum applicata p. 245.
Sol Magiſter Fortitud. Bellicæ p. 246.
Sol Magiſter Temperantiæ p. 248.
Sol Magiſter Beneficentiæ p. 250.
Sol excœcans, ſuperba felicitas p. 251.
Sol Magiſter Manſuetudinis & Concordiæ p. 252.
Sol Magiſter Humanitatis p. 253.
Sol Magiſter Taciturnitatis p. 254.
Sol Magiſter Juſtitiæ pag. 255.
Sol Magiſter gratæ mentis p. 256. ſq.

Carmen Euchariſticum

Pro divinitus conſervato Gymnaſio Berolinenſi pag. 259.

D. *Epilogus* pag. 263.

Recte

S. P.

RÉcte, Amicorum optime, facis, quod Carmina tua in pluteis ſparſim latentia prælo committis, votaque deſiderantium quamplurimorum imples. Perge quoque reliqua meletemata Gymnaſtica, in emolumentum rei literariæ Berolini elaborata, inprimis vero vaſtum illud opus tuum ex ſacro Codice erutum, nec non ferales Libitinæ decimas luci publicæ exponere. Malevolorum morſus & crepitacula intrepide deſpicias. Ponant hi ſupercilium &, quales ipſi ſint, ſecum exigant. Neque animum abicies, quem adverſa ferre & ſubacta in Deum fiducia & animus obducto callo jam firmatus edocue-

cuerunt. Dabitur enim aliquando tempus, quod Te liberabit hac Inſula, in quam fato delatus es. Benedicat ex alto Sanctiſſimum Numen ulterius laboribus tuis, Teque per multos annorum decurſus cum Tuis incolumem ſervet. B. V. Præfeſtino è meo *Limnochorio*, Idibus Decemb. 1698.

T. B. A.

Ad plurimum Reverend. & Clariſſ.
DN. Autorem Fautorem atque
Amicum Integerrimum.

HOs *juvenem*, hoſce *Virum* juvat exantlaſſe labores,
Queis monſtras ſtudium, ſuavis AMICE, Tuum.
Sic Te Laus *juvenem*, ſic fama *Virumque Senemque*
Ornat & æternum nomen honorque manent.

αὐτοσχεδίως ſcrib.
M. S. R. R.

I. N. J.

I. N. J.

LIBELLI POETICI

PARS I.

Continens

CARMINA JUVENILIS ÆTATIS,

eaque I. LÆTA, *quæ ſunt*

A. GRATULATORIA.

1. In Diem Onomaſticum DN. ANDREÆ MULLERI, Berolinenſis Eccleſiæ olim PRÆPOS. & CONSISTOR. ELECTOR. ASSESSORIS Graviſſimi.

PRoſpera lux oritur, quâ primo carmine magno
Se mea *Fautori* vena' probare cupit.
Non ego divitiis, non fulvo ſplendidus auro
Accedo: ſpernit talia dona bonus.
Hoc equidem voveam, (votis ſi pondera conſtent)
Ut liceat docta ludere voce mihi,

Sed mea dulciſonos ſi non æquabit olores
Muſa, nec è tenui gloria nulla venit,
Aërias quoniam ſpatiatus ſæpe per oras;
Rex avium rurſus ſidere gaudet humi.
Grandia conentur grandes; ego parvus obibo
Parva: nefas vires noſcere nolle ſuas.
Ergo meæ ſiquis poterit favor eſſe Camœnæ,
Mæcenas, æquis auribus iſta cape.
Me præſens tempus, me grati uſura diei
Fortunæ immemorem non ſinit eſſe meæ;
Vivo domi prorſus, fidis ubi mentibus uti
Dat mihi cœleſtis gratia: vivo domi.
Hîc locus eſt ſtudiis: comites per ſingula cerno
Mellitas Charites, ſic bene fervet opus.
Has ego delicias inter non ultima pono,
Quæ, Venerande, Tuus ſvavia fundit amor.
Scilicet in parvum me tot benefacta locâſti,
Quæ nunquam digna tollere laude queo.
Hoc precor, hoc potius mihi ſemper in ore manebit;
Cœlitus adveniant præmia magna tibi.
Nunc, *Patrone*, tuo felix Onomaſmate gaude,
Hunc animo celebra liberiore diem.
Andreas vivat complures ſalvus in annos!
Vivat inexhauſto corpore, mente bona!
Illum cara Domus porrò ſuperare Parentem
Cernat, eum ſanctus grex videatque Ducem!
Extremos fugiat procul ad Garamantas & Indos
Fortunæ nimium ſæva tonantis hyems!
Decreſcant illi curæ, proſperrima creſcant
Fata, ſit & cunctis lætior ipſe bonis!

Deni-

Denique permultis vireat ſucceſsibus, opto,
In DOMINO quicquid, *Candide Fautor*, agis.
Sic fortunatus ſic terque quaterque beatus
Andrea repetes gaudia grata diu!

In Feſtum Nominale DN. STEPHANI BERNDISII, ELECT. BRANDENB. in Vet. Marchia CONSILIARII Provincialis, JCTI Celeberrimi, & Reip. Oſterb. CONSUL. Meritiſſ.

Vides, ut actus per ſpatium ferè
Labatur annus, nec celer amplius
Mutare ſol ceſſet quadrigas,
Ad ſolitos rediens labores.
Hinc vota dudum terrigenis pio
Volvuntur uſu, Muſaque fervidis
Sudare certatim palœſtris
Gaudet, opus varium datura.
Me læta dulci lux Onomaſmate
Fautoris & nunc gaudia carpere
Optata, quæ dat finis anni,
Juſſit, & ad numeros ovantem
Traxit tenellos: nam tenuem mihi
Camœna donat parvula ſpiritum,
Qui, *Magne Mæcenas*, fidelis
Primitias pietatis offert.
Reddit beatum Sol *Stephani* diem,
Gyrum recurrens ætheris ad ſuum:
Vernante ſic vitæ corona
Lætitiam *Stephanus* benignam

Mira-

Miratur, alti munera Numinis,
Sumitq; mentis præmia candidæ,
Quâ me ſuum fecit clientem,
Quâque fovet miſerum ſubinde.
Nunc ergo tantum vena ſalit mea,
Quantum recenti ſi mare rivulo
Accedat, immenſum fluatque
Æquoreâ levis amnis undâ.
Te mille circum proſpera floreant,
Favente cœlo, Te querimoniæ
Nunquam graves laſſent, nec atræ
Diſcrucient ſuper orbe curæ.
Te, te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror altera?
Dum longiori ætate vivas,
Fata meam citius reſignent.
Succreſcat omni flore Domus tua
Exempta ventis aſperioribus,
Et gloriâ rerum tuarum
Celſa ſuper magis aſtra tendat.
Patrone, lætis pectora plauſibus
Hac luce pandas, feſtaque nominis
Donata dum magni celebras,
Sæpe eadem reditura ſperes.
Mox pulchriorem non ſine gaudio
Janum videbis, qui novus advolat:
Felix & iſthunc, opto, cernas,
Incolumisque diu ſuperſis.

In

In Lucem Onomaſticam DN. JOHANNIS Marpurgi, Reip. Seehuſ. CONSULIS Graviſſimi, nunc SOCERI mei Honorandi.

INtactis pretioſior
Theſauris Arabum, & divitis Indiæ,
Quem perjura fugit fides,
Nec fallax levibus præcipitem nimis
Fert ventis amor aut favor.
Eſt, ut conſpicuis muneribus potens
Multos aula ſatellites
Se circum foveat; delicias tamen
Inter blanditiæ ſtrepunt,
Et riſum comites excipiunt doli.
Eſt, ut ſplendidioribus
Non pauci properent alterius frui
Multum conditionibus;
Siccatis ſocii diffugiunt cadis.
Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet tempus in ultimum
Sancto fœdere copula,
Nec ſummo citius ſolvit amor die.
Hæc dum plus vice ſimplici
Intentus meditor dona, tuum libens
In me pectus amabile
Agnoſco, o animæ dimidium meæ.
Te credas melius mihi
Nil donaſſe Deum, nil fore in omnibus
Abſenti utilius locis;
Te contentus amo pauperiem tuus.

 Ergo,

Ergo, quod pia flagitat,
Mens, inviſa mihi hoc tempore diſplicet
Exercere ſilentia,
Quo, *Patrone*, tibi lux onomaſtica
Lætis auſpiciis redit,
Exoptata tuis jubila promovens.
Quid ceſſas meritis diem
Iſtum', Melpomene, tingere honoribus?
Da votis reſonet mei
Fautoris domus & tecta fidelia.
Sint curæ procul horridæ
Jam nunc,&miſeris libera queſtibus,
Mæcenas, age tempora!
Te cœlum cumulet muneribus ſuis!
Interſis patriæ diu,
Atque ævi numeres illacrymabilis
Annos, auxilio vigens
Robuſto Domini, quem brevis arbitrum
Ætas terrigenûm timet.
Sed me percupidum ludere verſibus
Præſens terminus horulæ
Retraxit. Valeas, opto, diutius,
Nec poſtrema hodie tibi
Hæc fulgere velint lumina Numina.

In Ejusdem VIRI Onomaſterion.

NOndum laboris ſol iter annui
Carpens reduxit tempora, queis tibi
Me mancipatum non coacta
Mente tenax repeto. Jacebam

Depres-

Depreſſus ægro corpore, nec ſuo
Innixa ſtabant robore pectora:
Lugebat aſſvetis carere
Deliciis animus; ſed omnis
Ut vita Muſis nunc rediit meis,
Vivoque magno munere jam tuo
Alta beatus Berolini
Pallade, dumque novis Athenis
Non negligendis immoror artibus,
Quæ cura tandem ſit potior mihi,
Quam te, *Patrone*, ut tanta dantem
Carmine devenerer fideli?
Verè Johannem te mihi divite
Conceſſit almus Rex ſuperum manu:
Te gratioſo geſtit uti
Delius & Patareus Apollo.
Nunc & benignum jungere nomini
Omen benigno non ſine Numine
Stat pronus æther, dum ſalutem
Cynthius ipſe tibi redonat.
Hoc ergo tempus, quod memores ferunt
Solenne faſti, ſollicitudine
Vacabit atra, ut ne ſvavem
Lætitiam minuant querelæ,
Quæ mole duros Siſyphiâ magis
Tentare faſces, & virides ſolent
Annos amantum juris æqui
Præcocibus nimium catenis
Raptare vinctos. Tu modò negligens,
Ne quâ laboret parte ſalus tuis

 Fir-

Firmanda, civiles amico
Mitte die ſuper urbe curas.
Sed (ſicca ſiquid vena tuis poteſt
Donare feſtis) accipe ruſticæ
Munus lyræ vultu benigno,
Digne cani meliore plectro.
Vivat Johannes! Vivat, & in dies
Fœcundiorem creſcere gratiam
Cernat ſibi cœlo favente
Pòſt nitidum repetens Olympum.

Aliud in ejusdem VIRI diem
Nominalem.

SIccine fallaci me ludet imagine tempus
Nec veniet votis hora petita meis?
Menſis iit, poſtquam promiſſæ gaudia lucis
Expecto fruſtra: Dulcis *Amice*, veni.
Dulcis *Amice*, veni, te tandem ſiſtito nobis,
Da, teneat certam nuncius ille fidem.
Cernis, ut emaneant, mihi quæ curanda dediſti:
Præſenti melius ſe tibi cuncta dabunt.
Uſus amicitiæ, credo, delectat ubique;
Svavior eſt illis, quos locus unus habet.
Quid juvat in ſumma ſpecioſos arbore fructus
Cernere, ſi fructum nemo ſaporis habet?
Pollicitis longè præſtant conceſſa, nec unquam
Maxima ſpes minimis anteferenda bonis.
Felices nimium, quos cœlum junxit, & unà,
Dum vivunt, æquus vivere Jova ſinit.
Iſaides legitur curis agitatus amaris,
Siquando Jonathan vellet abeſſe diu.

Quæ luctus ratio? quæ mœſti cauſa doloris?
In duplici ſimplex corpore pectus erat.
Neſcius eſt vitæ, dulcem qui neſcit amicum;
Hoc opus eſt, ſiquis lætior eſſe volet.
Hic mihi ſorte datus: quid mens deſiderat ultra?
Delicium ut poſſim nempe videre meum.
Te triſtes oculi, te ſomnia longa vocarunt,
Te primum quærit manè, cadensque dies.
Advenias tandem tu dilectiſſimus hoſpes:
Non hoſpes, potius tu mihi notus eris.
Interea reduci felix onomaſmate vivas,
Et proſint animo gaudia tanta tuo.
Nil fortuna tibi lætum, nihil, opto, beatum
Deneget: eſt ſalvo te mihi ſalva ſalus.
Quod multis alias, brevibus nunc accipe votum:
Sat placet, optata qui brevitate placet.
Linque graves curas, miſeræque gravamina ſpartæ;
Hæc melius paulum dememiniſſe puta.
Meſſis adeſt; lætus meritorum præmia carpe,
Gratantemque tibi reſpice; meſſis adeſt.
Accipe ridenti demiſſum lumen Olympo,
Quo gaudentque tui, plaudit & ipſe tuus.
Nubila quid curas? Tibi Phœbus ſurgit amicus,
Hoc lætare bono, triſtitiamque fuge.
Mens luctu careat, violentis febribus artus:
Sic lætum corpus, ſic quoque pectus erit.
Vive, vale longùm, vita mihi dulcior ipsâ,
Promisſique memor, ſi potes ipſe, veni.

In diem Onomaſticum Commilitonis quondam Cariſſimi, nunc Gryphiswaldiæ V.D.M. DN. MICHAELIS Lobes.

ALterius nuper gratanti carmine feſta
En cœlo merces, Dulcis *Amice*, tibi.
Gaude nunc propriis rebus, conceſſaque ſume
Gaudia, quæ redeunt nomine nata tuo.
Me niſi paupertas premeret tenuisque ſupellex,
Hæc eſſet triplici munere digna dies.
Tu tamen incomtum, quæſo, bonus accipe votum,
Donorumque vices illud habere ſine.
Vive decus noſtrum, fatis haud preſſus acerbis;
Vive, vale, flore, Frater amande, diu!
Angelus es vitâ, *Michaëlis* nomine dignus,
Angelus & *Michaël* ſic tibi ſemper erit.
Hoc duce quid timeas? gaudebis ubique, nec ullis
Occumbes illo ſubveniente malis.
Vive decus noſtrum, fatis haud preſſus acerbis:
Vive, vale, flore, Frater amande, diu!

Juventa Lauru triplici inſignis
h. e.
Gratulatio ad Amicum quendam DN. LAURENTIUM KRAATZENIUM, de felici Nominali Feſto

FOEdus amicitiæ qui vis, chariſſime, noſtræ,
Nec, ſi fortè velis, diſſimulare potes,
Accipe, conſtantis quæ jam nunc pignora dextræ
Offerimus, meritum ſorte negante tuum.

Mira-

Miramur triplicem lætanti pectore *laurum*,
Tempora quæ circum floret, Amice, tua.
Prima poli ſoboles crevit cœleſtibus hortis,
Teque ſui ſtudio tempus in omne capit.
Illa decus Divûm, Virtus digniſſima *laurus*,
Quam nec tempeſtas, nec fera lædit hyems.
Altera divini monumentum dulce favoris
Aſperiora licet vincere fata docet.
Donec enim firmam concedit Hygea ſalutem,
Singulaque in viridi corpore membra vigent,
Quid non lætitiæ, quæ non tibi gaudia ſurgunt?
Non alio tantum munere Jova placet.
Ergo nihil ſupereſt decoris, ſed *tertia laurus*
Fortunata ſimul terque quaterque nitet.
Omnia virtuti parent; felicia virtus
Tempora (nec mirum) gignere ſola poteſt.
Hæc dilecta Deo graditur ſublimibus aſtris,
Et, quicquid placuit, cœlitus alma refert.
Hæc etiam noſtris hodie ſolennia tectis
Jubila, ſupremo ſic moderante, dabit.
Vive, vale, Fautor, quem vivere vivida virtus
Poſtulat, & largis munerat ipſa bonis.
Tergeminam laurum lætus tibi ſervet olympus,
Donec eris quartâ cinctus in arce poli.
Lætitiæ interea laurum geſtaſſe licebit,
Præſentemque ſuis ritibus ire diem.

In Onomaſterion uxoris cujusdam, & Patris alieno nomine ſcripta duo Teutonica Carmina,

Glück

Glück zu dem Freuden-Tag / da ihres Nahmens-Sonne/
Hochwerteſte Frau Muhm / in neuem Glantze ſteht/
Der Himmel wolle ſelbſt vermehren dieſe Wonne/
Weil aller Anmuhts-Schein durch deſſen Gunſt aufgeht.
Das/ was ihr Wünſchen iſt/ beſteht in Liebes-Kertzen/
Woran die keuſche Bruſt ihr Bildniß ſchauen mag/
GOtt laſſe ſie forthin / auch dieſe Gaben hertzen/
Und ſonſt vergnüget ſehn den Seegen tauſend fach.
So wird mein zartes Hertz ſich ihres Glückes freuen/
Und ihrer Augen-Luſt mein Spielgenoſſe ſeyn.
Die Hoffnung grünet noch. Was völlig ſoll gedeyen/
Trifft nach des Höchſten Rath bey Menſchen langſam ein.

JN dieſes enge Blat / ſo Lieb und Treu gepregt/
O Leitſtern meines Glücks / wird meine Pflicht geſchloſſen/
Hier öffnet ſich das Hertz / das öffters dein genoſſen/
Als deſſen reinen Grund hat Blut und Geiſt gepregt.
Nim / wehrter Vater / an mit huldenreicher Hand/
Was dir aus frembder Lufft kein unbekandter ſchicket/
Es hat dein Nahmens-Feſt mich geſtern neu beglücket/
Drum ſey ein heiſſer Wunſch das neue Liebes-Pfand.
Treib/ Höchſter/ ferner ab von meiner Augen-Luſt
Angſt/ Kummer/ Ungemach! Laß dieſe Tugend-Sonne
Recht von des Glückes Pool mir geben Licht und Wonne/
Freud über Freud erfüll / Herr Vater / ſeine Bruſt!

His additur aliud Carmen Gratulatorio-Onomaſticum ad Virginem quandam Nobiliſſ. alieno nomine elaboratum cum Tit.

Die zwar vielfältig gedruckte / doch wiederumb durch Tugend wolbeglückte Jugend.

DArf / Edles Tugend-Bild / ihr Diener ſich erkühnen
Zu zeigen ſeine Pflicht durch dis geringe Blat/
Kan die Verwegenheit mir zu dem Zwecke dienen/
Auff welchen Danckbarkeit ein treues Abſehn hat/
So wünſcht mein blöder Geiſt der ſchwachen Feder Glücke/

Weil

Weil ſie geführet wird von Strahlen neuer Gunſt/
Es gönnt die Lieblichkeit mir tauſend Anmuths-Blücke
Und dieſes Freuden-Licht befleckt kein ſchwartzer Dunſt.
Zwar weiß ich wol / daß Klee und prächtige Narziſſen
Nach Stifftung der Natur gar ſchlecht beyſammen ſtehn/
Der Sonnen-Gold will nichts von trüben Schatten wiſſen/
Bey hohen Farben läſt ſich Einfalt wenig ſehn.
Doch, Himmelgleicher Glantz / die Hoffnung / ſo mich ſpeiſet/
Macht/ daß ich ungeſcheut zu weit gegangen bin/
Wo mich ein armer Will an ſtatt der Wercke preiſet/
Hat ſchon des Wunſches-Ziel erreichet Hand und Sinn.
Ihr Leben/ Wertheſte / gleicht Blumen-reichen Feldern/
Da unſer enges Aug nur dis und jenes grüſſt/
Es trützt der Lielien-Pracht in den bemahlten Wäldern/
Die im Fürübergehn nie eintzeln ſind geküſſt.
Ich ſtehe bey mir an / und möchte billig ſchweigen/
Wenn meine Schuldigkeit mich hievon ſchweigen ließ/
Ja Svada ſelbſten wird ihr Unvermögen zeigen/
Wenn man ſie rühmen hieß dis Tugend-Paradieß.
Betracht ich vor das erſt / O Zierde der Jungfrauen/
Den mehr als edlen Zweig/ ſo von dem Stamme zeugt/
Dem Stamme / deſſen Ruhm auff reinen Grund zu bauen
Der Himmel niemals iſt geweſen ungeneigt/
Dem Stamme/ welcher längſt der Zeiten Wurm verlachet/
Und in der Ewigkeit mit hohen Gipfeln blüht/
Der ſich auff Erden hat den Sternen gleich gemachet/
Jetzt aber unter ſich das Heer der Sternen ſieht/
So ſtutzt mein ſchwacher Kiel/ und weiß nicht zu beſchreiben/
Was ihm ein weites Feld allhier hat kund gethan/
Die Sylben wollen mir in keiner Ordnung bleiben/
Ich ſchaue faſt zu viel / und doch nicht alles/ an.
Der Eltern altes Lob iſt / Schönſte/ durch ſie worden
Ein Spiegel neu geziert mit hellem Diamant/
Ein etwas / daß uns lehrt / wie wahrer Tugend-Orden
Werd in das Blut gepregt von hoher Himmels-Hand.
Kaum hatte ſie geſchmeckt den Früling grüner Jahre/
Da ſchon die keuſche Bruſt der Lüſte Liſt entgieng/
Sie trug ſchon dazumahl die angeerbte Wahre/

An

An deren Wunder-Glantz kein falſcher Fürniß hieng.
Man ſahe nach und nach/ ihr weiſes Auge blicken
Auff ungeſchminckten Schmuck/ auff Silber ohne Schaum/
Es kunte Boßheit nicht den klugen Fuß beſtricken/
Das Weſen dieſer Welt war ihr ein eitler Traum.
Der Einfalt reine Spur muſt ihr die Zeit verkürtzen/
Die ſonſt gemeiniglich verfleuſt durch Müßiggang/
Da ſchnöder Unverſtand pflegt freche Geiſter ſtürtzen/
Und manchem wird geſchenckt ein Gold geſtrickter Strang.
Das heiſſt entſproſſen ſeyn von löblichem Geblüte/
So lebt der Ahnen Ruhm in Kindern gleicher Art/
Dis ſchöne Feuer trieb ihr hurtiges Gemühte/
So ward durch Tugenden die Jugend wol verwahrt/
Indeſſen (daß ich auch / wiewol mit Wehmuhts-Thränen/
Auff ihren Trauer-Saal zu den Cypreſſen geh/
Wo bleiches Jammer-Spiel heiſt meine Sinne ſtähnen/
Und meiner Worte Schiff geräth auff trübe See)
Hat zwar ihr zarter Mund/ als Leiche/ den beklaget/
Der ſie der Sonnen gleich / wie Adler / ſolte führn/
Von deſſen Vater-Hand ihr nichtes war verſaget/
Da offt ein frembdes Hertz den Neidhart läſſet ſpürn.
Ihr liebſter Schatz und Schutz gieng dergeſtallt zu Grabe/
Der Mann / der wehrte Mann / den die Gelehrte Welt
Der Muſen Bildniß hieß / des Himmels Wunder-Gabe/
Den Schauplatz aller Kunſt zum Wunder auffgeſtellt.
Angſt / Schrecken / Finſterniß war dazumal das Bette/
Auff welchem ihre Ruh in Unruh ward verkehrt/
Sie fand auch ſchlaffende des Jammers Band und Kette:
So gehts / wenn unſern Schlaff der Schmertz als Wecker ſtört.
Ein neues Wetter ſtieß auff die noch krancke Seele/
Ach wie gar ſelten ſchmertzt uns eine Wund allein/
Zwo Schweſtern trennete der Erden finſtre Höle/
Die wünſchte lebendig und dieſe todt zu ſeyn.
O herber Hertzens-Schnitt! O hart geſtähltes Meſſer/
Das mitten in der Blüt hier Roſen abgemeyt!
O Eiſen ſo durchdringt der Schönheit Burg und Schlöſſer/
Und ihrer Augen-Licht / O Sonne ſchwartz verkleidt!
Noch

Noch war das nicht genug vor den/ der alles friſſet/
Der ſeinen bleichen Zahn nach Weſt und Oſten lenckt/
Es ward in kurtzer Zeit dieſelbe auch vermiſſet/
Auff deren Liebes-Schooß uns keine Sorge kränckt.
Was Thränen quollen nicht / nachdem für ihrem Augen
Sie / Unglückſelige / die Mutter ſterben ſah?
Es wolte nun forthin kein Troſtes Pflaſter taugen/
Ihr Leitſtern war dahin / ihr Ancker war nicht da.
Gieng doch die gantze Stadt mit Trauer-Flor umhüllet/
Da ihren Horizont dis Tugend-Licht verließ/
Wie ſolte denn nicht ſeyn mit Wehmuht angefüllet
Die / ſo der nechſte Strahl von jenem Glantze hieß?
Allein / Betrübtes Hertz / weil deine Liebe lebet/
Des Vaters Ehren-Ruhm die Faulniß nicht verdirbt/
Ein keuſches Schöneſeyn der Schweſtern Lob erhebet/
Die kluge Frömmigkeit der Mutter nimmer ſtirbt
Und über dieſes dir zur ſchwachen Seiten ſtehet/
Ein wehrter Pallas Sohn / dein und der Tugend-Schild/
Der Bruder / deſſen Preiß den Wolcken gleiche gehet/
Der dein Verlangen dir (GOtt gebe lange!) ſtillt/
So kan dein Helden-Muht ermuntern ſeine Kräffte/
Und ſehn den Freuden-Tag nach ungeſtirnter Nacht.
Die Gottes Weißheit iſt / Sophia / Ihr Geſchäffte/
GOtt iſt es auch / der ihr hat alles wol gemacht.
Nun nimmt der Ruhm es ſelbſt auff ſeine ſchnelle Schwingen/
Und bringt es frembder Welt als ein Geſchencke hin/
Was ihre Lippen offt in heiſſer Andacht ſingen:
Zu Vaterloſen trägt GOtt einen Vater-Sinn.
Die edle GOttesfurcht iſt ihrer Seelen Freude/
Wann Noth und Ungemach den Hoffnungs-Stab zubricht/
Sie weiß / daß neben ihr ein Engel geht im Leide/
Der bey dem Wermuhts-Safft von Zuckertropfen ſpricht/
Die edle GOttesfurcht hebt ihres Glaubens Flügel/
Biß den Allmächtigen die Ohnmacht binden kan/
Der Seuffzer Wagen geht alsdann ohn allen Zügel/
Dann hängt der Himmel ihr die Gnaden-Siegel an.
Die edle Gottesfurcht iſt eine Kron der Jugend/
Ein Phönix auff der Welt / ein Schutz- und Friedens-Thurm/
Der

Der Nympheu Ehren-Krantz / ein Außbund aller Tugend/
Ein Marmel / welchen nicht zu ſchlägt der Zeiten Sturm.
Drum / Hochgeehrteſte/ was mag ſie künfftig ſchrecken?
Wer wird in Traurigkeit verkehren ihre Luſt?
Ihr Allelluja bleibt / der Schatten will ſie decken/
An welchem ſich ergötzt die Himmels reine Bruſt.
Ihr Angedencken iſt vermählt mit Ehr und Seegen/
Denn ſo belohnet GOtt die Demuths-volle Treu/
Hier unter Sterblichen muß Gall und Gifft ſich legen/
Was Neid und Haß geſtifft/ vergeht als leichte Spreu.
Ich aber / wo ich darff mit ſchlechten Farben mahlen
Dis groſſe Tugend-Meer/ woraus viel Flüſſe gehn
Den Glantz / ſo Fama trägt in tauſend Silber-Schalen/
Und läſſet prächtig auff der Engel Taffel ſtehn/
Rück jetzo weiter fort den Circkel meiner Worte/
Doch / daß der Mittelpunckt bleibt ihre Frömmigkeit;
Dis Mittel weiſet mir die güldne Ehren-Pforte/
Den Wunderſchönen Bau/ ſo Aug und Hertz erfreut.
Sie weiß wol / was ich mein'/ O Freundin der Sybillen/
Das kleinſte Syllbchen hier / entdeckt ihr meinen Sinn/
Weil wahre Gottesfurcht muß ihren Willen ſtillen/
Iſt aller Tugend-Pracht ihr worden zum Gewinn.
Ihr helles Auge iſt ein Thron der Charitinnen/
Ein blitzender Cryſtall / ſo keuſche Flammen führt/
Ein reiner Quell / woraus des Nectars Säffte rinnen/
Ein kräfftiger Magnet mit Perlen ausgeziert.
Ihr zartes Wangen-Paar läſt/ züchtige Sirene/
Mehr Zucker-Roſen ſehn / als Flora zeigen mag/
Der Ohren Wachs zerſchmeltzt ihr liebliches Gethöne/
Die Schönheit findet hier das beſte Schlafgemach.
Das / was der Araber ſchaut überflüßig flieſſen/
Hat nimmer gleichen Werth mit dieſem Anmuths-Fluß/
Hier kan in Freudigkeit das Hertze ſich ergieſſen/
Die ſüſſe Wolluſt bringt hier keinen Uberdruß.
Sie iſt es/ Edele/ die längſten lieb gewonnen
Und zur Geſchickligkeit Minerva hat erkieſt/
Von ihren Lippen kommt der Honigſeim geronnen/
Den ſonſt Beredſamkeit in klugen Schrifften lieſt.

Sie weiß der Erbarkeit holdſeligſte Geberden/
Ein ungefälſchtes Wort ziert den beliebten Mnnd/
Die Zucht hat ſie gemacht zum Engel auf der Erden/
Die Zucht und GOttes-Furcht bleibt ihres Ruhmes Grund.
So lange dieſer ſteht/ mag Welt und Teufel ſtürmen/
Die Unſchuld nennet ſich ein unbeſtürmtes Schloß:
Das iſt der Tugend Lob / ſie kan ſich ſelbſt beſchirmen/
Wer ihr denckt feind zu ſeyn / wird nur ihr Spiel-Genoß.
Es mögen andere mit Otter-Zungen ſtechen/
Weil Treu und Redlichkeit jetzt ein Schiboleth iſt/
Es wird doch ihren Glimpf/ Berühmte / niemand brechen/
Noch ihre Wolfahrt ſtörn verfluchter Menſchen Liſt.
Kein böſer Schwamm darf ſich an dieſe Worte reiben:
Was fromme Wayſen ſchützt / iſt GOttes ſtarcke Hand/
Der leitet/ ſtützet/ hält/ was böſe Leut umtreiben/
Und wil ihr / Wehrteſte / nicht werden uubekant.
In ſolcher Zuverſicht ſteh/ edler Geiſt / und ſinge/
Wie du gewohnet biſt von zarter Kiudheit an/
Sing deme / der dir iſt das beſte Leib-Gedinge/
Der ſelbſt als Steuermann lenckt deines Lebens-Kahn.
Der wird ins künfftige dein Heil und Labſal ſuchen
Mit rechter Vater-Huld und mütterlicher Treu/
Erwart aus ſeiner Hand ambrirte Mandel-Kuchen/
Die Güte GOttes wird ſeyn alle Morgen neu.
Biſt du auf deinem Weg/ der geht zur Himmels-Pforten/
So muß Verläumdungs-Gifft ſich in ſich ſelbſt verzehrn/
Hingegen wird dein Lob erſchallen aller Orten/
Und dieſes anzuhörn die Treue Welt begehrn:
Der Kenſchheit Bluhme ſtirbt nicht auf der Todten-Bahre/
Sie blüht mit Ehr und Frucht in jenem Luſt-Gezelt/
Die Tugend kennet nicht den Schimmel vieler Jahre/
Ihr Ruhm-Gedächtniß grünt / wenn Erd und Himmel fällt.
Hiemit/ Geehrteſte/ ſol meine Feder ſchlieſſen/
Die gleiche Pflicht nunmehr zum Wünſchen fordert auf/
Die Sonne bringt den Tag / den dieſe Zeilen grüſſen/
Und meiner Seuftzer Poſt vollbringet ihren Lauf.
Es muß ihr Nahmens-Licht zur lichten Sonne werden/
Woran die Gratien einander lachen zu/

Der Höchſte kröne ſie / o Crone dieſer Erden /
Sie ſtehe / Himmels-Braut / im Port der ſüſſen Ruh.
Sie lebe wol vergnügt in ſo viel Freuden-Stunden /
Als uns der bunte Lentz jetzt ſchöne Bluhmen zeugt /
So wird mein Geiſt noch offt zu gleichem Werck verbunden /
Der Himmel bleibe ihr / ſie aber mir geneigt.

In Onomaſterion alius Virginis, pariter alterius nomine.

HIer iſt ein kleiner Wunſch von wolbekanten Händen /
Der ihres Nahmens-Licht / o Wehrteſte / begrüßt /
Ein treuer Geiſt kan mich abweſend dahin ſenden /
Wo man vor rechte Lieb die Wege nicht verſchließt.
Hat vormahls ihre Gunſt mich hoch verpflichten wollen /
Und allen Anmuhts Blick zu meinem Glück gelenckt /
Wie hätte mein Gemüht diß mehr erkennen ſollen /
Als heute / da ſie ſelbſt der Himmel ſo bedenckt?
Vermeint ſie / daß ich jetzt mit eitlen Worten ſpiele /
Und ein beliebter Schertz nur meine Feder führt?
Sie weiß / daß Falſchheit nicht zu ſolchem Zweck hinziele /
Den Treu und Danckbarkeit im Sinne ſchon beruhrt.
Ihr mehr als edler Geiſt verdient ſchon längſt die Ehre /
Daß man den Nahmen nach ſie eine Perle heißt /
Wie aller Tugend-Pracht ſich bey derſelben mehre /
Mag dieſes enge Blat nicht faſſen recht gepreißt.
Die Roſe / ſo bey ihr das Wangen Feld umſchräncket /
Allwo die Keuſchheit ſelbſt ihr Bildniß hänget aus /
Iſt mehr als Perlen wehrt die uns das Waſſer ſchencket /
Die wahre Schönheit findt allhier ein beſſer Hauß!
Das reiche Mohren Land iſt viel zu arm zu ſchätzen /
Wenn ſolch ein Venus-Bild die Wunder-Gaben zeigt /
Solt ſich ein bleicher Mond bey dieſer Sonne ſetzen /
So weiß ich / daß ſein Glantz ſich nicht einmahl eräugt.
Die Perl iſt endlich nichts / als eine Koſt der Zeiten /
Als ein verblaſter Stein / ein Spiel der Eitelkeit;

Hier / wo der Tugend-Schmuck verlacht die Nichtigkeiten /
Bleibt mit dem ſchwartzen Zahn zurücke Zeit und Neid.
Nicht Wunder iſt es / daß ihr heut die Lilien blühen /
Und alle Lieblichkeit / o Schönſte / dienen muß /
Sie kan des Himmels Schluß durch keuſche Flammen ziehen /
So / daß kein Ungemach beklemme ihren Fuß.
Glück zu dem Freuden-Tag! der Höchſte wolle geben /
Daß dieſes wehrte Licht ſich im gewünſchten Schein /
GOtt laſſe ferner noch im vollen Seegen leben /
Was ſeine Liebes-Hand gebildet hat allein!
Sie lebe wol vergnügt in ſo viel Frölichkeiten /
So viel der Wieſen Pracht jetzt liebe Blumen weiſt /
Biß ihr das Holde Glück was liebes wird bereiten /
Wozu ſo dann viel Glück wünſcht ihres Dieners Geiſt.

2. Sub novi anni auſpicium.

Καινὸς ὁ καιρὸς,
χάρματα καινά!

Ad Nobiliſſ. SENATUM Seehuſanum.

SIc redit illa dies nullis turbanda qverelis,
Qvæ mihi, qvæ patriæ gaudia cara vehit.
Illa ſibi lucem gratatur qvando beatam,
Cernet me nondum dememiniſſe ſui.
Offert ſe felix pietas, &, verſibus ante
Pauper, nunc largo flumine vena fluit.
Siqva tamen meritis non ſunt accommoda Veſtris,
Omnia nec doctis auribus apta cano,
Non erit officii, credo, contemta voluntas,
Cujus & in magnis pondera ſæpe valent.
Cauſa fuit ſcripto non diſſimulanda Clientis:
Qvæ ſcribam, veſter jure popoſcit amor.

Vix ego natus eram, vix nôram reddere voces,
Vix dederat puero docta Minerva locum,
Pars mihi cum Veſtri fieret non parva favoris,
Quam neqve damnoſi poſt minuêre dies.
Lenia ſed paſſis ut proſunt flamina velis,
Acer & admotum calcar amabit eqvus:
Non aliter ſtudiis animum juvenilibus addunt,
Qvi meritis pariter conſilioqve juvant.
Non eſſent hodie tot docta volumina nobis,
Obſcurumqve foret ſedulitatis opus,
Nî Mæcenatum foviſſet cura Marones,
Verus & ingenuis artibus eſſet honos.
Ingenii vires aliis contraria famæ
Paupertas, aliis invida corda negant.
Hoſtis uterqve mihi crudelia moverat arma,
Præſidio veſtro cedet uterqve mihi.
Eloqvar, an ſileam? Vos eſtis flamma, *Patroni*,
Qvæ juvenum mentes excitat igne ſuo.
Talia qvi teneris incendia ſenſibus infert,
Ardorem prohibet deſeruiſſe boni.
Qvapropter; veteris cum circulus exeat anni,
Phœbus & attulerit tempora grata novus,
Non poſſum ſacro non indulgere labori,
Ut pia pro vobis vota precesqve feram.
Non deſint veſtris redeuntia gaudia tectis,
Et careat fatis patria terra malis.
Curia conſilium ſeris deſideret annis,
Nec niſi jam canos vos obiiſſe fleat.

Sitis

Sitis Palladiæ longum fiducia pubi,
Sitis o ambiguo ſpes diuturna mihi.
Per vos fama Scholæ, Per vos Eccleſia creſcat,
Fauſta ſuis Ephoris ut Lacedæmon erat.
Civibus hinc pacem (nam pax eſt optima rerum)
Fortunamqve vovet Muſa manere bonam.
Arma procul noſtris fugiant hoſtilia terris:
Sic Deus æterna laude vehendus erit.
Qvod ſupereſt, veſtro dudum devinctus amore,
Qvid ſtrenæ mittat, non habet ipſe, loco.
Hoc precor, hoc opto: citius mihi terminus ævi
Inſtet, dum vobis ſint ea fata procul.
Vivite felices, veſtrum qvicunqve beatum
Vultis, qvi rebus conſuluiſſe meis,
Vivite, ſolamen miſero vos dulce clienti,
Et licet haud merito porro favete mihi.
Pauperibus qvisqvis veræ pietatis amore
Subvenit, hunc cœli poſt qvoqve paſcet amor.
Qvicqvid opis Chriſto fertur ſuper orbe caduco,
Hujus in æternum fœnora larga manent.
Immemorem veſtri me dicet nominis eſſe,
Pallida qvi triſti membra recondet humo.

Ad Dn. JOH. BERENS, Reip. Seehuſ. CONSULEM Ampliſſimum, Agnatum meum Devenerandum.

VEnit læta dies, & delectabile tempus,
Quo ſibi mortales mutua vota ferunt.

 Neſcio

Neſcio qua præter ſolitum dulcedine plenus
Hic mittit ſtrenas, apparat ille preces.
Undique conjunctis in gaudia mentibus itur,
Gaudia, quæ luctum longius eſſe jubent.
Sic genialis hyems! ſic alto preſſa rigore
Geſtit humus faciem depoſitura ſuam!
Aureus ad noſtras propiori lumine terras
Sol micat, & poſitum ſumere gaudet iter.
Annuus exactis completur menſibus orbis,
Officiique redux annua cura mei.
Non, *Patrone*, mihi ſunt Hebri ſplendida dona,
Nec tua muneribus ſors eget alta meis,
O utinam poſſim tam gratum fundere carmen,
Quam tuus ex meritis poſtulat ille favor!
Nondum caſtalidos guſtavi flumina labris,
Neſcio Pieridum me ſociare choro.
Nî poſcat pietas, & tanti numen amoris,
Stridenti ſatius non cecinisſe lyrâ.
Sed tua devotum ſi provehet aura clientem,
Accedent parvis pondera magna modis.
Ergo novum tempus tibi toto pectore grator,
Apponens ritu debita vota pio.
Abſint cuncta procul diſcrimina, longius abſint
Horrida fortunæ verbera, tela necis.
Non funeſta lues, non duræ tædia vitæ
Imminuant vires, *Vir Venerande*, tuas.
Neſtoreos contra numeres feliciter annos,
Nec ſortis timeas ſpicula ſæva malæ.
Serveris patriæ, quam cauto pectore ſervas:
Te claro vigeat clara Parente Domus.

Viva

Vivat lætitiæ conſors ſuavi ſſima Conjux,
Vivant & ſocii pignora chara tori.
Accreſcant triplices una de ſtirpe nepotes,
Accreſcant trini ſub bonitate Dei.
Alma quies illos in longum proroget ævum,
Æquo lætentur Numine, prole nova.
Hinc mihi deliciæ venient & plurima quondam
Commoda naſcentur, ſicubi fata ferent.
Non minus eſt veſtra me fas gaudere ſalute,
Quam ſiquid propriis uſibus addo boni.
Vos igitur mœſtos hodie deponite queſtus,
Et poſthac fauſtos multiplicate dies.
Si mea pro vobis qvicqvam ſuſpiria poſſunt,
Illis cum vita nonniſi finis erit.
Annuat, æterno qui cuncta tuetur amore;
Depellat clemens nubila quæque Deus.
Hunc vobis offert ſolito pro munere Muſa,
Hic beet, hic ſervet vos, mea corda, diu,
Denique cognati ſalvete, favete penates,
Et tu, Mæcenas Candide, vive, vale!

Ad Ampliſſ. Dn. J. MARPURG,

Jano quid reduci rudis
Donabit calamus? prome Polymnia
Carmen dulcis amabile,
Et parvæ cumula vim ſapientiæ.
Illuceſcere jam diem
Cernis, quo propior deliciis mei

Cordis

Cordis maxima portio.
Exemtum miſeris hinc qverimoniis
Me circum nova gaudia,
Nec fruſtra, volitant. Vivis, & optimam
Mæcenas, bonus excipis
Lucem: ſeu veteris liberior putas
Anni fata ſat horrida,
Quorum vix ſupereſt unica mentio:
Seu ſperas melioribus
Uti, quæ referat Jova benignior.
Da, quæſo requiem tuæ
Menti, da veniant muneris otia,
Et mecum in mare Creticum
Deformes remove ſollicitudines.
In terris pede mobili
Mortalis dubiam conditio viam
Carpit: forſan & hæc ſuum
Occultat timidis horula commodum
Poſt multò pretioſius.
Confiſus ſupero Numine non malis
Succumbit, potius brevi
Cum ſudore ſubit dura pericula.
Sed ne progrediar nimis,
Solventur precibus cetera talibus:
Tecum ſit rutili bonus
Rex cœli, ut vigeas mente diutiùs;
Sit caræ bene conjugi,
Nec non parietibus ſint procul à tuis

Fortunæ mala triſtia.
Vivas & valeas, ut patriæ tuo
Conſtet conſilio ſalus.
Vivas & valeas, poſt adeas polum!

Ad eundem.

Εὐδοκήσαντος μεγάλου θεοῖο
Προσλαβεῖν καινὸν γλυκερῶς βρότειοι
Σήμερον σπεύδουσ᾽ ἔτος, ἠδὲ λυγρὰ
Πάντ᾽ ἀπέκρυψαν.
Σοὶ ὁμῶς, φίλον κάρα, εὐχαριστεῖν
Ὀλβίην μοῖραν μελέτη ᾽στι δούλῳ
Γνωρίμῳ, τοίνυν ἀναγνῶθ᾽ εὔφρων
Γράμματα ταῦτα.
Ἐν χθονὶ ζωὴ σέο πάμπαν ἔστω
Εὐ τυχὴς, γήρως τε γέρας λάβοιτο,
Καὶ ἄνευ πικρῶν χαρίεντ᾽ ἔπειτα
Βαῖν᾽ ἐς ὄλυμπον.

Ad Præcellentiſſ. DN. M. SAMUELEM RODIGASTIUM, tum temporis Conrectorem, nunc Rectorem Gymnaſii Berolin. Meritiſſimum, Præceptorem, Collegam atque Fautorem meum ſingulariter Colendum.

VEnit læta dies & delectabile tempus,
Quo ſibi mortales mutua vota ferunt,
Dum vetus exactis completur menſibus annus,
Jamque redux annum Sol agit axe novum.
Depulſa hinc alter jam nunc diſcrimina narrat,
Alter morborum vincla revulſa refert.
Pax certè, noſtris quæ floruit hactenus oris,
Hæc ſibi gratari tempora quemque jubet:
Quippe ſuas Suevus noſter, non ſanguinis, undas,
Sicut vah! Rheni littora mœſta, vehit.
Et quantum eſt, noſtræ quòd nondum Palladis aras
Deſtruxit Martis vis rabidusque furor?
Fervent hîc Muſæ ſecuræ Numine ſummo,
Artis & Euſebies nobile fervet opus:
Gymnaſii mutus paries quæ gaudia ſentit,
Hinc ſcandunt quoties jubila læta polum.
Præcipuè ſalvis diſcentum turba Magiſtris
Nunc meritò geſtit plaudere voce pia.
Applaudo pariter, quem ſic fortuna beavit,
Illius ut dicar pars quotacunque gregis.
Te, te cumprimis, RODIGASTI, ſoſpite lætor,
Cujus adeſt ſtudiis cura fidesque meis.
Te mihi conceſſum divinitus eſſe Magiſtrum
Confiteor, carum te venerorque Patrem.
Huc tua me primum traxerunt alma favoris
Flamina, nunc eadem cottidieque fovent.
Publica nec tantum mihi te ſubſellia donant,
Sed tua Doctorem dat quoque ſæpe Domus,

Docto-

Doctorem, cujus cœleſtes poſſidet artes
Mens, per quem Muſæ convaluere meæ,
O utinam tantas habeant mea carmina vires,
Sint apta ut meritis, *Vir Venerande*, tuis!
Interea fidis, nequeo quod carmine, votis
Fas moliri, annum ſole ferente novum.
Vive Decus noſtrum, felicibus utere fatis,
Ad patrii cœli ſeriùs aſtra redi.
Enthea te virtus, te ſplendida dona Minervæ,
Et doctis quicquid ſenſibus artis habes,
Exemptum duris à mortis legibus atque
Sorte frui faciat proſperiore diu?
Vive, vige flore poſthac cum conjuge dulci,
Sit tua perpetuò tota beata Domus.
Sæpius illa mihi ſic gaudia cerno renaſci,
Talibus & reſonant plauſibus ora pia.

Ad Civem quendam Berolinenſem, alterius nomine.

DEr Himmel iſt noch reich. Kan ich dem nicht erſetzen
Die hohe Gunſt / mein HErr / damit er zu ergötzen
Mich ſeinen Diener pflag / ſo mach ich es doch gleich
Mit dieſem güldnen Wort: Der Himmel iſt noch reich.
Der Himmel iſt noch reich. Das ſeh ich heut mit Freuden
An dieſem neuen Jahr / da er ohn ſchweres Leyden
Sein Hertz erfriſchen kan. Sieht gleich Fortuna bleich.
Genug und über gnug: Der Himmel iſt noch reich.
Der Himmel ſey noch reich! Er laſſe ferner flieſſen
Auf ihn den Seegens-Strom! Er müſſe ſtets genieſſen
Das / was er ſelber wünſcht. Ich wünſch mit ihm zugleich
Zu ſeinem fernern Heyl: Der Himmel ſey noch reich!

Pro

Pro alio, ad ſuum Patrem.

DIß ſey die reine Pflicht / in welcher dich begrüſſet /
Hochwehrtes Vater-Hertz / dein Sohn zum neuen Jahr/
Nim hin die Schuldigkeit/ ſo deine Liebe küſſet/
Und mich dir bauen heiſt den Denck- und Danck Altar.
Die Sonne wil zwar nicht den trüben Schatten haben /
Der ihrer güldnen Pracht ſolt ſtehen beygefügt/
Wem Güt und Freundlichkeit ſchenckt himmelreiche Gaben /
Bey dem wird Danckbarkeit durch Einfalt ſchlecht vergnügt.
So/ Leitſtern meines Glücks / erreicht ein armer Wille
Zu rühmen deine Huld bey mir den Fürſatz nicht /
Dein Liebes voller Strahl iſt meiner Augen Fülle /
Und deſſen Schätzung wird nach Würden nie verricht.
Doch/ hochgeehrtes Haupt/ weß ich mich unterfangen/
Kömt her von deiner Huld/ die mich ſo hoch ergötzt;
Kan ich dann meinen Wunſch hiemit nicht gantz erlangen /
So weiß ich / daß bey dir der Will iſt wehrt geſchätzt.
In ſolcher Zuverſicht ſol meinen Sinn entdecken
Ein ſchlecht und enges Blat / ohn allen Schmuck und Schein/
Mein Geiſt ſol deinen Geiſt zur neuen Freud erwecken/
Und was ich wünſche/ wird dein Alleluja ſeyn.
Es müſſen ſich um dich des Glückes Flügel breiten /
Und alle Lieblichkeit begleite deinen Fuß /
Der Himmel ſegne dich / und laſſe deine Zeiten
Hinfort vergnüget ſeyn durch ſüſſen Uberfluß.
Die Freude / ſo durch dich in unſerm Hauſe grünet /
Sey mit dem neuen Jahr verneuet tauſendfach/
Womit den Sterblichen Fortuna nützt und dienet /
Das alles mache dir ein ſanfftes Schlaf Gemach:
Bleib ungekräncket ſtehn / o Säule meiner Jugend /
Genieſſe deiner Treu / ſo meine Wolfahrt trägt /
Dein Unterſtützen hebt mich zu dem Trohn der Tugend/
Steh von der Jahre Sturm noch länger unbewegt.

3. In ſuſceptum publicum munus.

Ad Agnatum Honoratiſſ. DN. HENRICUM BERENS, Scholæ Sehuſenſ. Conrectorem Digniſſimum.

Paucis: Virtutis grator præmia prima tibi.
Prolixius hac ode Sapphica:

PAtriæ quisquis ſtudio Camœnæ
Artibus crevit variis, amori
Debitum pignus triplici tenetur
Compede vinctus.
Ille nec terras alio calentes
Sole luſtrabit, neque, quicquid Indis
Naſcitur ripis, ſitiente lucri
pectore quæret.
Ad ſuos ortus redeunt minora
Flumina, & natos recipit priores
Æquor immenſum, memoresque Progne
Occupat ædes.
Ingenî fructus genitalis ipſi
Deſtinat tellus, propriisque nutrit
Uſibus gaudens Sophiæ litare
Agmen amicæ.
Sic lares ardens Ithacos Ulyſſes
Scribitur, carasque redux Mycenas
Neſciet fatis Agamemnon ullo
Tempore vinci.
Vivet extento Ciceronis ævo
Suada Romanis operata rebus:

Hæc dedit multis pietas vocari
Nomine Divûm.
Tu Decus Muſis patriis celebre,
Maxime o Fautor, fieri mereris,
Attico ſpargens Scholici Catonis
Limina melle.
Hinc tuo laudes cumulas Parenti,
Hinc tuo ſurgit mihi ſpes amico
Læta: Te felix mihi ſors utroque
Sanguine junxit.
I, precor, fauſto pede, nec labori
Deſit ingenti pretioſa merces:
Gloriam reddet tibi digniorem
Fama perennis.
Non Jovis ſemper furit hic tonantis
Annus hybernus, neque ſemper inſtat
Sæva tempeſtas; fugiunt ſereno
Nubila Cœlo.
Pulveri dulcis requies amaro
Stat comes, gratos referens odores;
Hercules alter, meliora ſperans,
Triſtia vinces.
Sed gravem mira bonitate ſpartam
Leniat ſummus tibi Jova ridens!
Adſit hic ſemper, propius tibique
Numina firmet.
Creſcet in majus, voveo, merenti
Gloria, & dotes animi venuſtas
Dividens pubi maneas ab omni
parte beatus.

Ad

Ad Amicum ac Fautorem quendam, deſignatum urbis alicujus Concionatorem.

DUm Deus & Princeps Concordi Numine ſidus
Te poſthac aliis deſtinat eſſe ſacris,
Incipis & jam nunc illis tu phosphorus aris
Surgere, ſurgenti quis ſua vota neget?
His te grandævus ſocer, his Venerandaque Socrus
Excipit, hæc caræ vox ſonat una Domus.
Gratantes geminant voces affinia tecta,
Gratatur templi jubilus atque Scholæ,
Me quoque tam multos inter tibi plaudere fas eſt,
Abſentemque licet jungere vota pia.
Nec res difficilis: facilem dant gaudia verſum:
I verſu in ſpartam ſic præeunte novam.
Accedas felix, quò te mens enthea ducit
Auguſti Magni Principis auſpicio.
Illuc cum venies, alter Chryſoſtome, linguæ
Aurifluum proment pulpita ſacra decus.
Naſcetur per te Chriſto lectiſſima proles,
Florebit verus relligionis honos.
Euſebies magno ſtudium te Præſide creſcet,
Delicium fies Palladis atque Pater.
Felix o felix, quem tot fauſtiſſima pridem
Omina, nunc plauſus oraque læta vocant!
Approperas igitur. Cœlum tua cœpta ſecundet,
Cœli præſidio concomitante veni.
Servet te Chriſtus, cujus myſteria pandis,
Semper & omnigena proſperitate beet!

Vivas

Vivas in ſeros fortunatisſimus annos,
Ut vivant meritis mœnia ſacra tuis.
Sic non ex una quondam celebraberis urbe,
Ac ſparget laudes undique fama tuas.
Sed precor intereà, vultu dignere benigno
Hæc tibi ſcripta pia qualiacunque manu.
Primitias volui gratæ transmittere mentis,
Geſtio qui dudum debitor eſſe tibi.
Da me porrò tui paſcat dulcedo favoris,
Creſcenti Muſæ carmen is ipſe manet.
Stabit apud memorem, *Mæcenas*, gratia facti,
Obſtringarque tibi ſic pietate nova,
Cujus ego ſacris ſtimulis agitabor & igni,
Dum membris inerit vita calorque meis.
Quod ſupereſt, dulci multum cum Conjuge ſalve,
Salve cum tota, *Vir Venerande*, Domo.
Si patrocinio me, *Fautor*, ut antè, beaſris,
Devotum reddes tempus in omne tibi.

4. *Ad vitæ Academicæ Candidatos*, dilectisſimos Commilitones Berlinenſ. nempe

Ad DN. DAVIDEM Schmaltz/ Sverino-Megapolonum.

FElices ter & amplius,
Queis virtutis amor tenet
Vinclis cor adamantinis!
Eſt corpus ſine pectore,

Terræ pondus inutile.
Quem captum ſemel otii
Turpes deliciæ trahunt.
Hunc rident homines, ubi
Fatorum gravis impetus
Et culpæ mala debita
Illum ſæviter obruunt.
Hic de gente vel infima
Dignus pauperiem pati:
Hic deſpectus erit ſolo,
Hic inviſus abit polo.
O felix nimium, mei
Cordis portio maxima,
Schmalzi! Te labor improbus,
Te vis ingenii inclyta
Certant tollere humo levi,
Sublimique micantia
Tanges vertice ſidera:
Quod noſtra expetit unicè
Votis Muſa fidelibus.

Ad DN. MARTINUM HILLE, Tangræmünd. Palæo-March.

ARtibus ingenuis ſtudio invigilasſe tenaci
Quos juvat, his tandem commoda mille parit.
Nec te pœniteat, perdulcis Amice, Camœnas
Sectantem pondus ſuſtinuiſſe grave.
Sedulitate pari perges: Sic proderit olim
Exhauſtus forti corpore, corde, labor.

Sic ſperata tibi parvo poſt tempore ſumes
Præmia: virtutis fama perennis erit.
Ergo, precor, læto tendes pede & omine fauſto,
Aonidum dignus qui ſociere choro.
Te ſemper facilis, nunquam mutata ſequatur
Fortuna, & cœptis ſint bona fata tuis!
Vive, vale longum, non immemor illius unquam,
Quem fidei fas eſt ſic meminiſſe tuæ;
Marchia nos junxit, disjunxit Marchia, forſan,
Quæ rurſus jungat, Marchia dulcis erit.

Ad DN. BURCHARDUM JOCHARDT,
Belizenſ. March.

PRimus es hoc anno votis mactandus, Amice,
Sique voles, meritò tu mihi primus eris.
Ultima dum tractas, opto tibi priſtina fata,
Quæ bonus hîc luſtris fauſta duobus habes.
Sit reliquo pariter patientia juncta labori:
Seriùs aut citiùs, fit minor ille tamen.

Ad eundem, ſed pro alio.

RAra quidem terris fertur patientia, verum
Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.
Tu, precor, impavidus perſiſtas rebus in arctis;
Redditur exhauſto grata labore quies.

Ad eundem, alterius loco: Votivum
Ut re mi, fa ſol la.

Quies

Ad DN. JOHANNEM Heintzke/
Croſnâ-Sileſ.

Kaum iſt der Frühling da/ und Er läſt ſchon erblicken
Die ſchöne Tugend-Blüt/ ſo künfftig ihn erquicken
Und hoch erfreuen wird/ wenn nun Sophien Pracht
Und aller Künſte Strom dieſelbe reiffer macht.
Laß/ Himmel/ dieſe Blum in deines Seegens Garten
Der Lieblichkeiten viel/ der Jahr noch mehr erwarten/
Schenck ihr den Sonnenſchein bey trüber Unglücks-Nacht/
Biß ſolche Sonnen-Blum dir näher wird gebracht.

Ad eundem, alieno nomine.

Mnemoſynon ſociæ poſcis, Chariſſime, vitæ,
Dasque tui memores hinc abiture notas,
Sunt condiſcipulis oblivia jure pudori:
Nexus amicitiæ ſanctior eſſe nequit.
De ſocio meminit ſocius, de milite miles:
Debentur noſtro quo magis illa gregi?
Hinc opto, ſalvus Muſarum culmina ſcandas,
Salvus & inde redux ſorte fruare bona!

Ad DN. MICHAELEM Lobes/
Gryphiswald. Pomeranum.
Cum erudita Oratione de ſanguine Chriſti ex latere profuſo Gymnaſio Berolin. vale diceret.

 Omnia

OMina nominibus non rarò vera ſubeſſe,
Ingenium, tempus, factaque noſtra docent.
Optimus eſt, pulchro qui gaudens nomine pulchra
Quærit, nec titulum negligit ipſe ſuum.
Talia multiplicem potuit monſtrare per uſum,
Qui fuerat noſtro gloria prima gregi.
Natus es ad laudem, nactus laudabile nomen,
Et laudes cumulas, *Dulcis Amice*, tuas.
Te pietatis honos, te laude modeſtia dignum,
Te morum gravitas mixta lepore vocat.
Si licet, & Pateris, conſtantem laudo favorem,
Candoremque cano cum probitate tuum.
Hæc quoties memini, quoties memoranda voluto,
Valde devinctum me reor eſſe tibi.
Invida ſed quamvis ſors nos disjungat amicos,
Una tamen ſemper junget, ut antè, fides.
Tu meus ignis eris, dum ſpiritus hos reget artus;
Sim quocunque loco, tu meus ignis eris.
Vive diu felix, & laudum culmina ſcande:
Vive diu felix, nomine digne tuo.

Ad eundem, alterius nomine.

SAnguine qui JEſu gaudes pietatis amator,
Gaudia, quæ noſter ſpiritus optat, habes.
Illa tibi rebus maneant ſolamen in arctis,
Illa graves minuant, ut minuêre, dies.
Sanguis alit vitam, Tu Chriſti ſanguine vivis:
Vive ſolo lætus, lætior inque polo.

Ad

Ad eundem, pro alio.

NIl arti clauſum: Virtutis maxima virtus:
Ingenio ſedes conſtat ubique bono.
Hoc tibi donavit Deus, hoc induſtria ſervat,
Hoc referet ſtudii præmia certa tui.
Gratulor, & poſthqc abſenti læta precando
Fata, tuum repeto, Dulcis Amice, Vale.

Ad DN. CHRISTIANUM Eichmann, Neo-Ruppin. March. Oratione docta, De Cauſis Translationis Imperiorum Gymnaſ. Berolin. Valedicentem.

NEgligit imperium, qui ſe non negligit, orbis:
Nam ſapiens regnum poſſidet usque ſuum.
Hoc tibi, credo, placet, Deus & ſapientia monſtrant:
Arripe, ſic patriæ dux eris arte tuæ.

Ad eundem, pro alio.

Regna cadunt mundi; cœleſtia quæris, *Amice*:
Felix, quem pietas temnere vana docet!

Ad eundem, alterius loco.

VIrtutis ſtudium firmat regalia ſceptra,
Virtus terrenos fert ſuper aſtra Duces:
Hæc tibi, noſter amor, placuit: ſi porrò placebit,
Auxiliante Deo quam bene fauſtus eris!

5. *In eruditas Orationes ac Scripta Amicorum.*

 Ad

Ad DN. M. JOH. PITZSCHKI, Diœceſ. Werbenſ. Inſpect. Meritiſſ. DIVO FRIDERICO WILHELMO M. egregiè parentantem.

PRINCIPIS AUGUSTI cœleſtes concita Manes
Dum ſequitur luctu Marchia noſtra pio,

ET lacrymis decorat GVILIELMI funere MAGNI,
Humanæ quicquid gentis in orbe viget,
Quam Tuus egregii labor eſt fœcundus honoris,
Qui dignum tanto Principe finxit opus?
Laudat te pietas, patriæ quâ flere Parentem
Inſtituis, laudes illius atque loqui.
At tua quàm multum valeat facundia ſacra,
Hoc unum ſpecimen grande docere poteſt.
Gratulor ingenio. FRIDERICI fama WILHELMI
Dum perſtat, pariter te comitatur honos.

Ad DN. MARTINUM Lubath / cum doctam de celebribus Martinis in Gymnaſ. Berolin. haberet Orationem.

DUm repetis longo Martinos ordine claros,
Et juvat in laudem nominis ire tui,
Utile permiſces grata dulcedine ſcriptum,
Quod meritò cunctis dicitur artis opus.
Sis patriæ dulci divino munere natus,
Qui Martis nomen ſedulitate tenes.

Inprimis

Inprimis ſacra bene quod verſaris in arte,
Gratulor incepto, dulcis Amice, tuo.
Vive diu felix, optatis utere rebus,
Aſpera non ullo tempore fata time.

In Eruditam DN. WELSCHII, Diſputat. Academicam, alieno nomine.

INgenio quantum valeas, Dulcisſime WELSCHI,
Artis & egregiæ nobiliore penu,
Scit Viadrina Themis, Themidos ſcit ſplendidus, & qui
Jam toties dignè ſcanditur umbo tibi.
Nunc oſtendis idem docto, Charisſime, ſcripto,
Scripto, quod magni Præſidis ornat honos.
Has igitur laudes promtæ facundia linguæ
Dum miris promit condecoratque modis,
Gratulor, & meritò ſummos hinc lætus honores
Auguror, ac veniens mox tibi grande decus.

6. In varias variorum Promotiones ad honores Academicos.

Omnia aliorum nomine.

ERgo dies venit, quo cinctos tempora lauru
Aſpicimus binos ſuſpicimusque Viros,
Sumit uterque ſibi ſperatæ præmia laudis:
Dulcis enim ſtudii curſus utrique fuit.
Ambo Machaonias hodiè clarere per artes
Incipiunt, ambos digna corona manet,

 Gra-

Gratulor acceptos tibi, Biga celebris, honores:
Pergite ſic læta proſperitate frui.

Aliud.

Quattuor ingenio celebres Viadrinus Apollo
Cum digna lauru vult decorare Viros,
Ne Bigæ duplici mea voto ſimplice Muſa
Serviat, his paucis commoda mille precor.
Præmia ſic ſtudio, numero ſic omina conſtent,
Et felix artes concomitetur honos.

Aliud.

Tempore meſſis adeſt amplorum meſſis honorum
MENZELIO, doctæ generoſo ſemine mentis
Nata, ſuis hodie quam laudibus auget Apollo,
Et Viadrina colit gratanti pectore Muſa.
Hujus ad exemplum ſiquid voviſſe licebit,
Vir præclare, tibi, quem jam ſuper aſtra beatum
Fert virtutis amor, precor, ut quæ præmia dignus
Accipis, auſpicio ſummi nutuque Jehovæ,
His nunquam deſint optatæ gaudia ſortis.

Aliud.

Divitis ingenii quantâ, Clariſſime STRICKI,
Te decoret dudum docta Minerva penu,
Non Helicon neſcit noſter, non inclyta BRENNI
Sedes, facundo quæ ſonat ore tuo.
Pergis, &, ut ſummo virtus potiatur honore,
Quæ tibi vox juveni prorſus adulta fuit,
Phœbæâ cinctus lauru tua tempora circum
Doctorum Juris Culmina Doctor adis.

Felices, tanto poſthac qui munere Cimbri
Muſis gaudebunt conſuluiſſe ſuis.
Sed mage felices, ſi, conſultiſſime STRYCKI,
Te ſervarit iis æther, ut opto, diu.
Vive, vige, flore, *Fautor*: Sic nominis olim
Spargetur latè gloria celſa tui.

7. *In Natalem* τῦ νῦν ἐν ἁγίοις Nobiliſſ. atque Ampliſſ. Dn. M. GODOFREDI WEBERI, Rectoris Gymnaſii Berolin. excellenter Meriti. Dn. Præceptoris, poſteaque Collegæ, Hoſpitis ac Fautoris mei æternum Venerandi.

Auditorum omnium primæ ac ſecundæ Claſſis nomine.

1.

Himmels-Gaben edle Gaben/
Welt und Himmel gleichen nicht/
Zeitlichs Glück und Güter haben
Iſt ein Glaß/ ſo leichtlich bricht.
Eitelkeit verblendt die Hertzen/
Welche lieben eiteln Schein/
Nach dem Schertzen bringt ſie Schmertzen/
Nach der Wolluſt herbe Pein.
Irrdiſche Freude vermehret das Leiden/
Weiſet die Menſchen auf giſſtige Weiden.

2.

Fürſten Pracht und Herrlichkeiten/
Königlicher Trohn und Cron/
Sind nur Spiel der ſchnöden Zeiten;
Und ein allzuſchlechter Lohn
Vor ſo viele Sorgen-Laſten/
Die der Zepter tragen muß.
Seyd und Purpur hilfft zum Raſten/
Wie zur Frölichkeit Verdruß.

Würden ſind Bürden / verkürtzen das Leben /
Können die wahre Vergnügung nicht geben.

3.

Undanck und Verachtung bleibet
Hier der Redlichſten Gewinn /
Weil die Welt ins Waſſer ſchreibet /
Und vergiſſt in ihrem Sinn /
Wer ihr treulich hat gedienet /
Wer ihr Liebes hat gethan.
Wol dem / der im Himmel grünet /
Dahin geht der Tugend-Bahn.
Menſchen ſind Menſchen die Gutes verhählen /
GOttes Belohnung mag nimmermehr fehlen.

4.

Dieſer Troſt allein verſüſſet /
Was den Schul-Stand bitter macht:
Gottesfurcht wird dort begrüſſet
Mit der Königlichen Pracht.
Hier wird Schulen-Stand gehöhnet /
Und der Schatz bleibt ungeſchätzt /
Biß GOtt ſelber ſein Werck krönet /
Und die treue Demuht letzt.
Lehrer vermehren die ſelige Schaaren /
Seelige Leute / die Seelen bewahren!

5.

Daß / HErr Weber / wil aufs neue
Ihn verſichern dieſes Licht /
Da des HErren Güt und Treue
Seiner Treu den Segen ſpricht.
Offt hat ſeinen Geiſt betrübet
Ein betrübter Todes-Boht;
GOttes Huld / ſo Leben giebet /
Hilfft bißher aus aller Noht.
Weltliche Freunde ſind nichtige Stützen /
Himmliſche Freundſchafft kan ewiglich nützen.

6.

Aber was iſt kurtze Wonne /
Was iſt Ehre dieſer Zeit

Gegen jene Freuden-Sonne /
Gegen Schmnck der Ewigkeit?
Dorten ſol Herr Weber prangen
Mit der unverwelckten Cron /
Wenn ihn JEſus wird umfangen /
JEſus als ſein Schild und Lohn.
Krieger aus Zion beſiegen die Sünder /
Geiſtliche Helden ſind himmliſche Kiuder.

7.

Nun wolan! der Himmel ſpielet
Mit dem Strahlen ſeiner Gunſt /
Wo ein Hertz diß Feuer fühlet /
Fühlt es auch der Liebe Brunſt.
Höchſter / Danck vor deinen Segen /
Danck vor deine Gütigkeit /
Du führſt uns auf rechten Wegen
Durch der Lehrenden Geleit.
Lehrer und Hörer / ſo gerne ſich paaren /
Wolleſtu ſegnen von Jahren zu Jahren.

8.

Laß forthin in deinem Garten
Unſers Hauptes Crone ſtehn /
Und von deiner Hand erwarten
Glück / Gedeyen / Wolergehn /
Laß uns ferner ſeyn beſchencket
Mit dem Kleinod deiner Huld /
Wenn ihn ſchweres Leiden kräncket /
So verleyhe du Gedult.
Stütze / beſchütze den Pfeiler der Jugend /
Halt und erhalte den Führer zur Tugend.

9.

Gib / daß unſer Salem blühe
Durch der Lehrer Treu und Fleiß /
Und laß ihre ſaure Mühe
Fruchtbahr ſeyn zu deinem Preiß.
Schick den Donner ihrer Worten
In verſchloßne Hertzen ein /
So wird hier nnd endlich dorten
Ihr Dienſt wol belobet ſeyn.

Jeſus / der alles wird reichlich belohnen /
Schmücket die Lehrer mit himmliſchen Cronen.

Tit. erat. Getreuer Lehrer beſter Lohn bleibt dort die unverwelckte Cron.

8. *In victrices copias* Sereniſſ. ELECTOR. BRANDENB ex Hungaria redeuntes.

BRENNONIS MAGNI varium triumphis
Nomen admiſſi celebrate cœtus,
Pannonum quando nova venit illi
Gloria campis.
Principi tanto furiata quondam
Hoſtium ceſſit rabies, rigorque
Paruit fati ſatis Hungarorum
Sanguine notus.
Ergo quid victor reditum morare
Miles? hîc vultum propiùs tueri
Maſculum nobis liceat, tuasque
Tollere laudes.
Te gravem ſenſit dominum propinqua
Nubibus Buda, & Muhamedis unum
Te timens agmen dubitavit altis
Fidere muris.
Scilicet virtus tua, FRIDERICE,
Quem foras mittit, fugiente nunquam
Cæditur tergo, decorique ducit
Nobile lethum.
Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo gementi,
Aureæ pacis generoſus ultor,
Ultor & auctor.

9. *In Nuptialia ſolennia variorum*, e. g.

In ſecunda vota Dn. TIDONIS HENRICI à LITH / Francof. ad Viadr. Profeſſoris Eloquent. Ordin. Celeberr. Alterius nomine.

DUlcia conjugii quando jam pacta reſumis,
Atque placent animo vota ſecunda tuo:
Quid, niſi quod thalami docuit ſors lætior olim,
Te, *Vir Clare*, juvat reppetiiſſe bonum?
Gratulor, &, quoniam non ſunt faſtidia vitæ,
Quam primum inſtituit cœlitus ipſe Deus,
Omine rem ſigno, quod voti munus habebit
Inſcriptum tædis, ſponſe Colende, tuis:
Nupta prior pulchrâ te fecit prole Parentem;
Conſimiles fructus altera Nupta ferat!
Illius in tenero vis enthea vivit alumno;
Dotibus hanc referant pignora cara ſuis.
Vivite felices, felices vivite, donec
Vos, terris ſocios, cœlica tecta beant!

Auf die glücklich verehlichte Eiles und Nottnageliſche Liebe.

Alterius nomine.

HOch-Edles Tugend-Paar / du Zieraht unſer Zeiten /
In deſſen Treflichkeit ſich ſpiegelt alle Pracht /
Wer kan nach Würdigkeit dein Ruhm-Gepräng ausbreiten
Daß unſer Elb-Athen jetzt licht und luſtig macht?
Was göttlich iſt und heiſt / verachtet leicht die Gaben /
An welchen hoher Schmuck gelehrter Künſte fehlt /

Ein heller Diamant wil nichts als güldnes haben/
Sol ſein geſtirnter Glantz mit etwas ſeyn vermählt;
So iſt ein enges Blat gantz ungeſchickt zu zeigen/
Wie dein zwiefacher Strahl der Sonnen gleiche geht/
Des Werckes Wichtigkeit heiſt hier den Redner ſchweigen/
Weil im Verſtummen offt des Redners Lob beſteht.
Es baut dir eines Theils die Themis Ehren-Säulen
Und ätzt dem klugen Witz in ſchönen Marmel ein/
Bey deſſen Lobe ſelbſt die Nachwelt wird verweilen/
Und leſen/ welche Hand gebildet ſolchen Schein.
Die Hand kömpt/ wie mich däucht/ vom himmliſchen Geblüte/
Sie weiſt der Sterblichkeit des groſſen Schöpffers Sinn/
Ihr mächtiges Geſetz bezwinget das Gemühte/
Ihr Finger führet uns zu unſerm Urſprung hin.
Iſt eine Wiſſenſchafft/ die Nutz und Ehre giebet/
Daß unverdroßner Fleiß bekomme ſeinen Lohn/
So iſt es Zweifels frey/ die ſich in Rechten übet/
Die ſchencket Preiß vor Schweiß/ die ſchmücket Trohn und Cron.
Wir würden ärger uns/ als wilde Tiger/ haſſen/
Wenn nicht Gerechtigkeit uns lenckte Fuß und Hand:
Diß güldne Band umſchränckt der Menſchen Tuhn und Laſſen/
Ein ſolcher Atlaß trägt mit Ruhme Stadt und Land.
Wo der Regierungs-Stab ſol ſchützen Hof und Häuſer/
Muß dieſer Glückes-Stern ein Schutz-Gehülffe ſeyn/
Im Kriege bringt das Recht den Helden Sieges-Reiſer/
Irene kehret nur bey der Aſtreen ein.
Mit ſolchem Schmuck verbindt ſich nun die Charitinne/
So unſer Muſen-Sitz der Suada-Schweſter nennt/
Die keuſche Schönheit liebt/ und deren zarte Sinne
Die Tugend lange ſelbſt als ihre Wohnſtatt kennt.
Wol! wenn ſo Lieb und Lob auf beyden Seiten grünen/
Ein Himmel-gleiches Hertz ſucht gleich geſinnten Geiſt/
Die Perlen ſtehen ſchön gepaaret mit Rubinen/
Bey Purpur ſchickt ſich nicht/ was Boy und Leinwand heiſt.
Mich wundert ſo denn nicht/ was heute Juno machet/
Da Themis edler Sohn der Venus eilet zu/
Sie weiß/ daß unſer Hauß bey dieſem Glücke lachet/
Und

Und das verliebte Paar wird finden ſüſſe Ruh.
Kein rauher Unglücks-Sturm mag eure Flammen ſchwächen/
Denn Recht und Lieblichkeit erhalten ihre Glut/
Es wird das eine Theil dem andern ſchon Recht ſprechen/
Weil rechter Liebes-Sinn gern alles nimmt vor gut.
Die Hoffnung ſtehet feſt/ und mag mit nichten fehlen/
Indem der Worte Satz beſteht auf euren Ruhm/
Der Himmel ſchaffe doch/ daß ihr nie könnet zählen
Die Stunden eurer Luſt/ ja ſeyd ſein Eigenthum.
Er laſſe ſtromenweiß euch Muſcateller flieſſen/
Lebt von der Jahre Froſt ſehr lange Zeiten frey/
Gewünſchte Frölichkeit müß' euren Fuß umſchlieſſen/
Erfüllt der Muſen Wunſch/ mehrt euer Freunde Reyh.
Seht als Geſegnete im neuen Stand und Orden
Bey Liebes Roſen ſtehn Narciß und Ehren-Preiß/
Und wie die Winters-Zeit euch iſt zum Sommer worden/
So ſey das Ehe-Bett ein grünes Paradeiß.

In alias tædas, itidem alterius loco.

Mag eines Menſchen Sinn allhier Vergnügung finden/
Wo nichts als Eitelkeit die bleiche Wohnung hält;
Iſt irgend eine Luſt/ womit wir uns verbinden/
Die nicht mit Liſt und Laſt uns endlich überfällt;
So ſcheint des Himmels Huld dieſelbe dem zu gönnen/
Der ungefärbte Treu bey ſeinem Freunde ſpührt.
Diß iſt der Hoffnungs-Stab/ an dem ſich halten können
Die/ ſo das falſche Glück aufs Schlüpfrige geführt.
Es iſt des Hauſes Stütz wenn Sturm und Ungewitter
An alle Pfeiler ſtößt/ wenn krachet Dach und Fach/
Däucht uns der Myrrhen-Tranck des Creutzes viel zu bitter/
Ein holder Lippen-Safft verſüßt viel Ungemach.
Wir wallen auf der Welt durch tauſend wilde Wellen/
Da die geringſte Fluht uns naſſe Augen macht/
Will ſich der Sonnen Gold in ſchwartzen Flohr verſtellen/
Wie kan das ſchwache Schif fortlauffen in der Nacht?
Doch dürffte die Gefahr nicht ſo gefährlich ſcheinen/
Wenn uns des Freundes Gunſt zum treuen Leitſtern wird/
Denn

Denn dieſe Lieblichkeit ſchafft Lachen aus dem Weinen/
Sie weiſet Weg und Steg/ wo unſer Segel irrt.
Hingegen ſitzet man im Port der ſüſſen Raſten
Frey von Bekümmerniß/ von Jammer-Seilen loß/
Entreißt ſich unſer Geiſt den ſchweren Sorgen-Laſten/
Tränckt uns mit Nectar-Wein das Glück auf ſeinen Schooß/
Was mehret dieſe Luſt! was krönet ſolche Freuden?
Worinnen ſpiegelt ſich der Anmuhts-volle Schein?
Hieß uns die Einſamkeit hier alle Freundſchafft meiden/
So glaub ich/ daß die Ruh unruhig würde ſeyn.
Kein Feuer brennet ſo verborgen in der Erde/
Wie es die Flammen ſonſt wirfft in der freyen Lufft/
Wer ſich allein ergötzt mit lieblicher Gebehrde/
Der wohnet lebendig ſchön in der Todten-Grufft.
Des Ehe-Standes Würd hat eben diß zum Grunde/
Wenn ſie zum Schertz und Schmertz zwey Hertzen feſt verbindt/
Sie theilet Freud und Leid/ ſie macht gemein die Wunde/
Die offt mit Ungedult das eine Theil empfindt.
Zwey Seelen müſſen hier in einem Hertzen leben/
Denn rechte Liebe weiß von keiner Theilung nicht/
Das iſt der Matten Cur/ das kan Erquickung geben/
Hier wird im Krancken-Bett der Julep zugericht.
Läſt denn der Himmel ſelbſt des Seegens-Thauen flieſſen/
Daß dieſes Paradieß viel Liebes-Früchte trägt/
Muß bunter Lilien Pracht die grüne Treu umſchlieſſen/
Bleibt dem verliebten Paar das Wolſeyn beygelegt/
So wird/ was lieblich iſt/ verdoppelt angetroffen/
Ein ſolcher Glückes-Stern ſpielt mit zwiefachem Strahl/
Vier Augen können dran ihr Licht und Leben hoffen/
Weil dieſe Vielheit nicht mehr macht als eine Zahl.
Drum wol und aber wol Euch/ hochgeehrte Beyden/
Die ihr in keuſcher Brunſt zuſammen heute geht/
Euch wird des Creutzes Hitz nicht von einander ſcheiden/
Weil eure Gegen Glut biß in den Tod beſteht.
Es müſſen ſich um euch des Glückes Flügel breiten/
Und deſſen lichter Glantz erleuchten euer Hauß/

Die ſtoltze Sicherheit müß' euren Fuß begleiten/
Kein ungeſtümer Wind blaſ' eure Flammen aus.
Die rauhe Winters-Zeit iſt euch ~~zur Flamme~~ worden/ Zum Sommer
Genieſſet beyderſeits der unverbotnen Luſt/
Nehmt ihr den Segen mit in dieſen Stand und Orden/
So wird beglücket ſeyn die funcken-volle Bruſt.

In alias Nuptias alius meo Marte.

WAs GOttes weiſer Raht vor langer Zeit erſehen/
Beſteht auf feſtem Fuß/ und kan nicht anders gehen/
Hält gleich das Widerſpiel der Menſchen Unverſtand/
Wo bleibt die Klügeley/ wenn Klugheit ſie verbannt?
Des Schöpffers Regiment kan kein Geſchöpf ergründen/
Noch in des Vaters Sinn das tumme Kind ſich finden;
Wir ſind von geſtern her/ die Erd iſt unſer Dach/
Wie wollen wir denn ſehn/ was GOtt im Himmel mach?
Doch pflegt der Sterbliche den Ewigen zu richten/
Und ſeines Königs Werck das loſe Volck zernichten/
Nur daß ein falſcher Wahn die wahre Heiligkeit
Mög ändern und zur Sünd verführen weit und breit.
Man klaget ſeine Noht/ man ſagt von vielen Schmertzen/
Und keiner denckt daran/ wie GOttes Ruht zu hertzen/
Denn Unglück bringet uns zum unverhofften Glück/
Der Frommen Ubelſtand ſteht nur ein Augenblick.
Solt meiner Meinung nach uns Hiobs Zunge lehren/
Die vormahls ihre Red ließ Ungedult bethören/
Doch aber endlich ſah des rechten Richters Schluß/
Wie würd ſie predigen von dieſem Uberfluß?
Das erſte Glaubens-Licht warf von ſich ſtarcke Flammen/
Als groſſe Creutzes-Fluht darüber ging zuſammen;
So ſteht die Zuverſicht/ die GOttes Kinder hält/
Wenn gleich viel Ungemach dieſelben überfällt.
Wer Jacobs Hoffnung hat/ bekömmet gleichen Segen/
Ob ſchon nach langer Zeit. Laß nur auf Jammer-Wegen
Dein Hertze ſtille ſeyn. Auf Reiſen folget Raſt;
Führt dich des Himmels Huld/ ſo wechſelt Luſt und Laſt.
Laß andre quälen ſich mit unbewandten Sorgen/
Was ihnen bringen werd der Abend oder Morgen/

Wer ſo Ca ender macht / ſieht nur ein Kahles End /
Und ſtraffet ſeine Kunſt / wenn ſich das Blat umwend.
So mag der Eheſtand nicht gehn nach Menſchen Willen /
Ein Macht-Wort aus der Höh muß ſolchen Wunſch erfüllen /
Auf dieſes Ja vermählt die ſüſſe Liebe ſich /
Zwey Hertzen letzen dann einander inniglich.
Was hier gezwungen iſt / kan kein Gedeyen haben /
Die Treu iſt nimmer treu / die nicht wil immer laben /
Die aber GOtt gepaart / die trennet keine Noht /
Wo nicht der letzte Weg ſie ſcheidet durch den Tod.
Drum wünſch ich heute Glück den Neu-Verliebten Beyden /
Weil ihr geſchloßnes Band ſich tröſten kan der Freuden /
So denen iſt gewiß / die auf den HERREN ſehn /
Daß ihre Freuden-Sonn ſol niemahls untergehn.
Der beſte Hochzeit-Gaſt wird euer Feſt beehren /
Und / was noch bitter ſcheint / in ſüſſen Wein verkehren.
Genug / wenn dieſer Schatz euch heute werden kan /
Kriegt der den Andachts-Kuß / geht alles glücklich an.
Könt nun ein ſchlechter Vers bey euch das Ziel gewinnen /
Solt ungemeine Luſt ergötzen meine Sinnen:
So lang der Himmel euch und mir das Leben gönnt /
Muß euer freuen ſich / der euren Freund ſich nennt.
Lebt / lebet / Wehrteſte / in lauter Frölichkeiten /
Seyd die Geſegneten / genieſſet eure Zeiten /
Das Alter ſey an Euch gleich wie der Jugend Blüt /
Biß eure Seelen GOtt einſt ſpäte zu ſich zieht.
Indeſſen wachſet hie und mehret euer Lieben /
So offt das Jahr ſich mehrt; Wil Unfall euch betrüben /
So ſey des Himmels Huld der ſchwachen Seiten Stütz /
Und führ / was traurig iſt zum ſchönen Freuden-Sitz.

In alias Nuptias, alius nomine.

Tit. erat. Der Sommer im Winter.

DEr güldnen Sonnen Pracht bleibt noch am Himmel ſtehen.
Ob gleich ihr Sommer-Hauß ſie längſt geſegnet hat /
Sie rennt und gönnet doch der Unterwelt zu ſehen /
Wie bey der kalten Lufft ihr Feuer finde Statt.

So

So / und nicht anders geht der Sterblichen Gelücke /
Da Licht und Finſterniß offt bey einander ſeyn /
Es iſt ein Wunderſpiel der himmliſchen Geſchicke /
Mit Gegenſätzen uns zu machen ſüſſe Pein.
Der Furchte dickes Eiß iſt mehrmahls nur ein Schrecken /
So ihm mit Unbedacht ein Hertz hat aufgeſtellt /
Ein Unding / daß wir nur in dem Gedancken hecken /
Ein Etwas / ſo zu Nichts / als ſeinem Urſprung / fällt.
Euch / hochgeehrtes Paar / kan ſolches heute zeigen
Der wunderſchöne Tag / ſo euch mit Roſen ziert /
Da euer Sommer blüht mit grünen Liebes-Zweigen /
Erhellet / daß ſein Recht der Winter ſelbſt verliehrt.
Stürmt denn der Æolus aus ſeinen kalten Löchern
Mit überhartem Froſt und grauſam Ungemach /
Läſt er die Winde gehn aus allen ihren Fächern /
So folgt doch eure Luſt der ſteten Hitze nach.
Durch einen warmen Kuß / der nach dem Hertzen ſchmecket /
Könt ihr ins künfftige das Schauren treiben fort /
Von heiſſer Liebe wird der todte Geiſt erwecket /
Hier kömmt das müde Schif zu dem vergnügten Port.
Nun dieſen Sommer laß' euch unverrücket blühen
Der / ſo die Sonne ſtets den Wolcken neben ſetzt /
Der Nordwind müß' umſonſt zu bleichen ſich bemühen /
Was GOttes Gnaden-Hand mit hellem Strahl ergötzt.
Lebt / Wehrteſte / und liebt mit gröſſeſtem Vergnügen /
Seht euer Bett geſchmückt mit Bluhmen ſchöner Art /
Genieſſet eurer Zeit und dencket an die Wiegen /
Eh mit verwelckter Lieb ſich paart der graue Bart.

B. *Encomiaſtico-Eucbariſtica.*

I. Ad Dn. UNGNAD ꝫ quondam Præceptorem meum in patria Fideliſſimum, jugiter Honorandum.

SIqua tibi ſupereſt noſtræ pietatis imago,
Quæ debet meritis commoda magna tuis;

Si

Si manus & notæ produnt veſtigia pennæ,
Quid velit incomto littera greſſa pede:
Non erit in vitio tam longi temporis error,
Et tacuiſſe poteſt cauſa probare meum.
Hordea committit ſulcis augenda colonus;
Vix anni ſpatio fœnora reddit humus.
Ingenii fructus non unica perficit æſtas;
Hæc meſſis longâ conſtitit usque morâ.
Tu tamen, ut memini, verſu quoque præcoce gaudes,
Dum facto melior mens placet una tibi,
Sæpius ex humili trunco ſublimior arbos,
E parvoque venit magna parente domus.
Forſitan hæc tenui ſaliens è fonte Minerva
Torrentis quondam divitis inſtar erit.
Fallor? an ingenio præſens robuſtior ipſo
Gignitur, & miro charta labore nitet?
Vivere te ſalvum (ſiquid ſuſpiria poſſunt)
Dum reor, ignota ſcribitur arte mihi.
Dulcis amor patriæ pectus tangebat Ulysſis:
Ingratus meritò, quem latet illa Venus.
Sed natale ſolum fruſtra me luce beasſet,
Et poſſem patrios dememiniſſe lares,
Nî tua venisſet mihi mox doctrina ſaluti,
Qua ſine qui vivit, lumine prorſus eget.
Cœcus eram, primis elementa docendus ab annis,
Formandus morum dogmate cœcus eram.
Artibus ingenuis quam ſæpe videbar ineptus!
Quam volui tardum ſæpe fovere pedem!
In vitium ſemper, rarò virtute trahebar;
O quantum ſapio munere, *Chare*, tuo!

Te

Te Duce certabam reliquis, palmamque tenebam,
Te Duce jam poteram nobiliora ſequi.
Quid referam pauper? nulla mercede paravi,
Quæ reliquis pretio cura paranda fuit.
Spiritus hic tenues prius evaneſcet in umbras,
Et totus denſa contumulabor humo,
Quam tibi devoto ſileant in pectore grates,
Exiguoque licet carmine ceſſet honos.
Vive Decus noſtrum, felicibus utere fatis!
Dignus es optata ſorte bonisque frui
Servisti patriæ magna cum laude juventæ,
Nunc Chriſto ſervis, *Vir Venerande*, tuo.
Servaſti teneras pietatis tramite mentes,
Nunc verbo ſervas omnipotente pios,
Tu quoque ſerveris poſthac cum conjuge dulci,
Donec erit ſero mors obeunda die.
Vivite felices ambo mea vivite Corda,
Et licet haud merito porrò favete mihi.
Dicetis memorem veſtri me nominis eſſe,
Dum vivo, ſtudiis invigiloque meis.

2. Encomium JOHANNIS BAPTISTÆ ſub Rectore Gymn. Berolin. DN. M. G. WEBERO.

LAudabunt alii Vates, quos prima tulerunt *Exord.*
Secula: non illis nomina fama negat.
Sit Patribus pietas, ſint pectora ſancta Prophetis
Laudibus, & longe carmine digna vehi.

 Crede

Crede mihi, nulli debetur gloria tanta,
  Quantus Joannis percelebratus honos.
Multa quidem tantum præierunt lumina lumen,
  Sed punctum ſurgens unus is omne tulit,
Haud aliter, reliquis ut mane cadentibus aſtris
  Splendet ad inſtantem Phoſphorus usque diem.
Tollitur in cœlum divino robore Moſes,
  Qui quia per medias agmina duxit aquas.
Non minor eſt illo, qui multa prole beatus,
  Speque ſalutifera plenus Abramus erat,
Nec tamen Iſaidæ teneant oblivia nomen,
  Nomen Davidis, quod Deus ipſe tulit.
His addenda cohors venturi nuncia Chriſti,
  Quam celebrat dictis pagina ſacra ſuis.
At cuncti palmam veteres ceſſere nepoti,
  Cujus Mesſiam voxque manusque dabat:
Promisſis veluti præſtant conceſſa, nec unquam
  Maxima ſpes minimis anteferenda bonis.
Ergo cluit Vates, quo nunquam major in orbem
  Venit, & æqualem neſcit habere ſibi.
Ergo ſui memores poſtquam feciſſe merendo
  Non paucos voluit, præmia laude capit.
Nunc etiam gratos illi renovamus honores,
  Dum canitur templis organon hocce DEI.
Ille mihi plectro quoniam quocunq; canendꝰ *Propoſ.*
  Sumitur, o vires, tu, Deus, adde mihi.
Sic mea non verbo ſocias offenderit aures,
  Nec dederit nimium relligioſa fides,
Quin potius multos exempli impertiet uſus,
  Terrigenum deceat quod genus omne ſequi.

Annue,

Annue, Sancta Trias, votis precibusque vocata,
  Tuque mihi, Juvenum lecta corona, fave.
Jamque nimis timido prætentans pollice chordas
  Diſparibus videor verba referre modis.
Quærenti cauſam reſpondeo: plurima clara *Confirmat.*
  Johannis quendam poſcere viſa metum.
Scilicet ut nondum ventoſa per æquora vectus
  Infidæ longum navis abhorret iter:
Sic mihi virtutum ſeſe jam copia ſiſtit
  Magna, ſed è multis tres cecinisſe ſat eſt.
Eſt ſanctum trinum: numero Deus impare gaudet:
  Dulcia, ſi fuerint ter repetita, placent.
Prima igitur noſtri virtus laudanda Prophetæ,
  Vivere naturæ convenienter, erat.
Nôrat enim, cœlum quæ mundo munera fundit,
  Viventum modicis uſibus eſſe data.
Horrendas contra pœnas ſceleratus abuſus
  Solvet, & ex Crœſo prodigus Irus erit.
Præterea luxum tot damna ſequuntur inertem,
  Quot ſanæ ratio commoda mentis habet.
Tum ſilet officii, depreſſo corpore cura,
  Tum malè membra vigent, corque vigore caret.
Et Plutonis idem penſatur crimen in aula,
  Siccaque dives ibi guttura pandet inops.
Luxuria monitus mortalis diſce carere:
  Eſt virtus, magnis abſtinuiſſe bonis,
Cernis, ut exiguo victum legat ore columba,
  Ut capiat vitium navis onuſta nimis,
Vivet Joannes, qui vixit parcius olim,
  Contentus tenues ſumere inanis opes,

 Lon-

Longaque ſylveſtri jejunia melle levabat,
Explebatque vices cœnam locuſta dapum.
Quæ fuerit, certant, & adhuc ſub judice lis eſt,
Plena ſed hiſce cibis pauper eremus erat,
Quam coluit primis Chriſti præcurſor ab annis,
Non Anachoretæ ceu Monachique volunt,
Quin potius fatis juſſus deſerta petebat,
Volveret ut ſiccum myſtica rite caput.
Traditur hæc multis tantæ virtutis imago,
Exemplis utinam ſit decorata novis.
Spernite delicias Cereris, nimioque repleri
Ne gaudete, ſacris pectora ſacra, mero.
Qui bibit, inde furit: procul hinc diſcedite, queis eſt
Cura ſacræ ſpartæ: qui bibit, inde furit.
Altera jam virtus æquali lumine ſurgit,
Quam locus inferior vilis honorque juvant.
Illa decet cunctos, qui cœlica dogmata tractant;
Illa decet cunctos, quos nigra veſtit humus.
Nil ita ſublime eſt, ſupraque pericula tendit,
Non ſit ut inferius ſuppoſitumque Deo.
Creſcit amor lapſus, quantum ipſa ſuperbia creſcit,
Nec riſum ſemper turgida vela movent;
Interdum comites magno cum murmure venti:
Interdum peſſum naufraga puppis iit.
Volvitur in præceps faſtus Phaëthontis, & oſſa
Illius Eridanus fulmine tacta tegit,
Quod patrio curru cunctis incendia terris
Audebat ſpreto mittere conſilio.
Icarus audaci potuit gaudere volatu,
At nunc Icarias nomine ſignat aquas,

Contemtor Pharao ſupremi Numinis æquor
Ante minax ſpernit, mox mare corpus habet.
O felix, humili qui ſemper corde fuiſti,
Johannes, terræ gloria nulla tibi!
Hinc tibi delatos nolebas ſumere honores,
Ut poſſet merito poſcere nemo pari.
Non indignus eras, Chriſti qui prodromus eſſes;
Non dignus Domino ſolvere vincla pedum.
Hoc, precor, hoc noſtro vigeat virtutis in ævo,
In quo, quicquid adeſt, corda ſuperba gerit.
Ceſſet, & è templis moveatur lerna malorum
Ambitio, creſcat cūra modeſta ſui.
Inprimis humiles ſint myſtæ, qualis Jëſus
Ipſe fuit, ſpeculum laudis ubique piæ,
Ne, dum deſpiciunt alios, quos diligit æther,
Exitio tandem deteriore cadant.
Tertia nunc ſequitur virtus celebranda Prophetæ
Johannis, veri propoſitique tenax.
Illa minas ridet, nil curat ſpemve metumve:
Præmia vel pœnas illa perinde putat.
Durat in extremum vitæque noviſſima noſtræ
Proſequitur, ſæva non minuenda nece,
Stat, velut annoſæ valido cum robore quercus
Ludere ventorum prælia dura ſolent.
Digna viris virtus, qui diæ conſcia legis
Non ſine cœleſti Flamine corda gerunt.
Namque immota Patris perſtant oracula ſummi,
Ordoque naturam deſeret ante ſuus:
Ver prius æſtati, & brumæ miſcebitur æſtas,
Unica quam Domini littera inanis erit.

Id pariterque piis, ſi mens non vana, miniſtris
Aſsidua fieri ſedulitate decet.
Paſsibus ambiguis quicunque volubilis errat,
Nec ſtudium veræ relligionis habet,
In varias alter Protheus tranſire figuras
Creditur Empuſæ præda futura nigræ. *h. e. eſt Satanæ.*
Qualis erat contra, quem non ad ſidera ferre
Te, mea Muſa, pudet? non, ſcio, talis erat.
Conſtitit in recto veluti Marpeſia rupes,
Vicit & adverſos corde feroce ſibi,
Non unquam tenuis volitans ludibria venti,
Fertur ut in varias mobilis alga plagas.
Nec poterat Dominis una ſervire duobus,
Uni promiſſa, quæ metuenda, fide.
Hæc utinam noſtro maneat conſtantia ſeclo,
Punica quo nimium crevit ubique fides!
Nunc etiam ſacras (quis non exhorreat?) ædes
Peſtifer excidiis dat levitatis amor,
Quisquis es illarum præſes, fuge crimina tanta,
Et violare Dei fœdera ſancta time.
Sin minus, exhæres cœleſti ſede carebis,
Et cum perjuro dæmone digna lues.
Sed Polypus mundo placet, & parere paratus *Confutat.*
Temporibus paries commoda multa tibi.
Joannes autem talem non calluit artem,
Neſciit Herodis ſceptra timenda ſibi.
Nobile jam vitium, quoties occaſio poſcit,
Mutua blanditiis ora replere, viget;
Non tamen Herodis cumulata magisque magisque
Impietas ſemper diſsimulanda fuit.

Nam

Nam Regem ſuperat terræ Rex magnus Olympi,
Hujus & Imperii ſuſtinet ille vices;
Si malè commiſsis volet uti faſcibus, iras
Accendit ſuperi, regnaque verſa videt.
Eſt igitur noſtri virtus laudanda Prophetæ,
Quâ fuerant Regi vera fatenda malo.
At veri cultus tincto nunc exulat orbe,
Et fraudes hominum ſingula verba ferunt.
Credo equidem, ſacros jamdudum talia poſtes
Deturpant, aras jamque venena trahunt.
Væ tibi, cui merces triſti ſperanda ſub orco,
Unde vetus nata eſt artis origo tuæ.
Joannes contra quid jam niſi gaudia ſentit,
Gaudia non ullo diſſolvenda die?
Gaudia, quæ toto Chriſti ſuper orbe paravit,
In cœlis illi gaudia longa ferunt.
Nos etiam magnas tanto pro munere grates *Concluſ.*
Solvimus, hæc animat dum calor oſſa, Deo.
Et nobis Chriſti Joannes Lucifer ortus,
Quem, Sol cœleſtis Chriſte, ſecutus ades,
Da, Pater, exemplo nos ut vivamus eodem,
Da virtute tua creſcere corda pia.
Interea ſimus, ſaxis, caſti atque modeſti,
Nec rapiat mentes turba doloſa ſacras.
Sic bene curriculo vitæ ſancteque peracto
Scandemus rutili tecta beata poli.

3. Meſsis

3. Meſsis divinorum An. 1685. beneficiorum ſub χειραγωγία ſupra laudati Dn.M. SAMUELIS Rodigaſt / in Actu Publ. Orator. memoriter decantata.

LUdit mortales divina potentia curas, *Exord.*
  Et præſaga mali temporis ora domat.
Stulti ſunt homines, ſibi qui prodeſſe recuſant;
  Felix, qui fatum non vocat ipſe ſuum.
Deſpicit adverſas firmato pectore ſyrtes,
  Otia qui portus navita longa fugit.
Hic medios inter fluctus ventosque minantes
  Non dubitat miſero dicere læta ſibi.
Rebus in anguſtis quare trepidamus? ut inde
  Pars noſtri retrò parva doloris eat?
Augentur lacrymis luctus: ea pharmaca vana
  Sunt, quibus immenſum febris acuta valet.
Quis modus eſt curis? quæ duro meta labori,
  Ingenio ſtudeas ſi miſer eſſe tuo?
Fortior accepto vel tandem vulnere miles
  Redditur, ac turpem diſcutit enſe metum.
Materiam præbent virtuti fata Catonis
  Aſpera; nil virtus hoſtis egena poteſt.
Sed timor, &, pectus qui vexat, inutilis horror
  In vitio doctis creditur eſſe libris.
Sponte ſumus miſeri, propria torquemur ab arte,
  Felices nimium, mens niſi cœca neget.
Fortunam querimur fruſtra; manet illa benigna,
  Si cui ſit medio ſpes meditata malo.

Scilicet

Scilicet auctorem ceu tangunt impia facta:
  Rideo ſic vatem, qui ſibi triſte canit.
Quid juvat ægrotum longo ſuſpiria tractu
  Ducere? quid lectos ore rigaſſe diu?
Spes illi ſupereſt dubiæ certisſima vitæ;
  Dum ſperat, vivit, triſtitiamque fugit.
Naſcimur incerti, quam longum vivere nobis
  Concedat ſuperi lex veneranda poli.
Tempora labuntur rapido velocius amne:
  Dum loquor, en propius mors metuenda venit.
Omnia, quæ noſtro præcepimus omina ſenſu,
  Exſuperante Dei numine verſa cadunt.
Seu furias hominum lacrymoſaque bella timemus;
  Seu, victum quando dura negavit humus:
Seu vicina movent noſtrum contagia pectus,
  Multos ante ſuum peſte necante diem:
Stant immota Dei decreta, nec anxius illa
  Propulſare timor, nec mala cura poteſt.
Forſitan, asſiduos dum concipis antè tumultus
  Fortunæ, ſurgit gratior aura tibi.
Spes confiſa Deo nunquam turbatur acerbis;
  Lætior eſt tandem viribus uſa ſuis.
Nil ita ſollicitum, nil tam miſerabile fallax
  Mens hominum tremulo computat ungue malum,
Quin meliora brevi divina pronœa reducat:
  Sic, homo, te fallunt ſomnia ſæpe tua.
Eſt Deus afflictis præſtò, ſed ritè vocatus:
  Hinc pete, nam capies tempore triſtis opem.
Quid non ærumnæ clarus pietate Joſephus,
  Invidia fratrum ſic operante, tulit?

Poſt

Poſt aliquot tamen hunc cœleſtis gratia menſes
Evehit, evectum proditor ipſe timet.
Tu quoque fide Deo, fatis agitatus iniquis;
Fidentem neſcit deſeruiſſe Deus.
Impius eſt, quisquis celſi penetralia cœli
Scandit, & eſt damni cauſa nefandi ſui.
Qui negat æterno frangi mortalia nutu,
Non eſt præteriti temporis ille memor.
Hinc Martis rabiem perculſi vidimus. illinc
Exanimante fame janua mortis erat.
Mutua communi deerant ſolatia ſorti,
Alterius nullo jam miſerante vices;
Tandem, ſollicitas inter dominata querelas,
Auxilio nobis cœlica cura fuit.
Singula quid referam? nunc effugiſſe pericla
Lætantur cives, nunc domus omnis ovat.
Me quoque grata movet pietas, currentis ut anni *Pro-*
Exiguis numeris plurima dona canam. *poſ.*
Ibit in hoc pelagus veſtro ſat tuta favore,
Nec gemet exorto turbine parva ratis.
Vos modò, conſpicuos quicunque tenetis honores,
Quos Mæcenatum nomine Muſa colit,
Si placet, hunc quæſo placidis audite clientem
Auribus, & juvenem dicere ferte, Patres.
Muneris eſt veſtri, quicquid proferre valebo,
Muneris & veſtri poſtea finis erit.
Sum volucris, certa quæ vix regione moratur, *Tra-*
Quam nunc Eurus habet, rurſus & Auſter agit. *ctat.*
Vado per occaſum ſolis, volitoque per ortum,
Utraque me cernunt mœnia, nulla tenent.

Icarios

Icarios metuam lapſus, alasque caducas,
Omnia, quæ video, ſi penetrare velim.
Tanta Dei bonitas! tanto ſe munere ſiſtit:
Paſcitur innumeris terra beata bonis.
Delicium populi quondam felixque levamen
Inſigni titulo Veſpaſianus erat.
Regia progenies meritorum nomine gaudet,
Æternumque ſibi colligit inde decus.
O Deus, o noſtris melior fiducia rebus!
Quam fragili fragilis nititur orbis ope!
Te celebrat potius, te grato prædicat ore,
Auxilio quisquis movit amara tuo.
Vicit Jo! vicit Chriſti dilecta caterva,
Dum ſupero fractus robore Turca fugit.
Turca fugit falſo nequicquam numine fiſus,
Devictasque ſibi luget obeſſe manus.
Vultur erat quondam vultu crudelis & ungue;
Nunc metuit prædam mollior ipſe ſuam.
Non ſemper Lunæ cernuntur cornua cœlo;
Majori cedit luce fugata minor.
Acer & in medios currens generoſius hoſtes
Non durat, ſenſim degenerabit equus.
Haud aliter, noſtras qui debacchatus in oras
Achmedes longo miſcuit arma metu,
Victus ad extremum ſuccumbit vindice fato,
Prorſus & imbelles undique ponit opes.
Decutit arboribus faciem triſtiſſima Libra:
Tempus idem Turcis exitiale fuit.
Enumerant illis funeſtas æquora clades,
Narrat ager, damni nuncia fama canit.

Non

Non ſic Pannoniæ tremuerunt motibus arva,
Nec tanto riguit Teuto pavore miſer,
Quam trepidat varii diſcrimina Martis adire,
Quem fortuna ſuo foverat ante ſinu.
Sic fuit in fatis! Germani, plaudite mecum,
Plaudite, quos cœli gratia ſola tegit.
Qua ruit adverſo fluviorum maximus ore,
Quàque vehit reduces Iſter amœnus aquas,
Arma vorat gurges, demerſa cadavera fundus:
Mirantur ſocios monſtra marina novos.
Fallor? an eſt formam Thetis immutata priorem?
Sanguine ſtat pontus, rura cruore fluunt.
Dalmata virtuti domitorem ſubjicit orbis;
Italiæ vires laus cumulata vehit.
Addit ſe ſocium ferro dominante Polonus,
Qui patiens belli conſtitit inter opus.
Hector erat nuper geminum mittendus in hoſtem:
Turcis & Tataris vulnera magna dabat.
Pellæo juveni donec ſua fama manebit,
Dum ſcriptis clarum nomen Achillis erit,
Non minor Heroum numerus de tempore noſtro
Vivet in æternos poſt ſua fata dies.
O genus invictum, placidus cui militat æther,
Prævalidusque bono Numine bella gerit!
Sint aliis ſocii curæ, ſint fœdera cordi,
Quæ perjura ſolet diſſoluiſſe fides.
Eſto Saracenis horrendum robur, & agmen;
In vitium virtus ipſa ſubinde cadit.
Sunt homines: hominum raro longinqua tyrannis:
Exitium pariunt regna cruenta ſuum.

Et,

Et, niſi fallacem dicet fortuna Prophetam,
Quæ tamen imperio ſubjacet ipſa Dei,
Mœnia Byzantî cineres, pallatia pulvis,
Ornamenta brevi ſulphur & ignis edent.
In manibus Turcæ: victoria terminat annum:
Non cœlum nobis, non gravis obſtat hyems.
Nondum deſeruit Venetorum prælia claſſis,
Cujus ad imperium barbara terra tremit.
Eſt animus noſtris longo ſpectatus ab uſu;
Militiæ ſtudium rapta tropæa novant.
Proſequitur validum Sclavonia fortior hoſtem,
Et mandata fugæ corpora ſternit humi.
Exſerit audaces generoſa Croatia vultus,
Oſtenditque ſibi pectoris eſſe ſatis.
Occupat alterius tacitum præcordia vulnus,
Alter ubi fructum ſedulitatis habet.
Fluctus ut in Fluctum tranſit, ſic gloria belli
Excitat ignavos, & jubet ire foras.
Urbs erat Hungariæ vix acri Marte recepta,
Quæ fermè luſtris barbara quinque fuit.
Eſt locus, antiquis Ywaræ nomine dictus,
Nunc nova Germano dicitur ore domus.
Vix aditum noſtris undæ tantæque paludes,
Et propè Bellonæ vis ibi cuncta dabat.
Vix ea ſextuplici pugnantia mœnia vallo
Parebant Domino, qui fuit ante, ſuo:
Cum velut excelſa ſubter creſcentia quercu,
Si manet illa, manent, ſi cadit illa, cadunt:
Sic plures noſtri ſemper jactare triumphos.
Pluribus incipiunt imperitare locis.

E Ardet

Ardet ad Esſeckum noſtri de Cæſaris igne,
Quæ fuit infenſis hoſtibus apta via.
Continuo Veneti debellavere Coronnam.
Et Morea ſuis deſpoliatur agris.
Hac iter ad lævum ducit proclive Tyrannum,
Hac illum Venetus pergit adire via.
O felix ætas, alboque notanda lapillo,
Auri te priſci tollit ad aſtra decus!
Interea ſervum poſuerunt undique collum,
Quot mea vix homines dicere lingua poteſt.
Salve celſa malis fatis erepta Vienna!
Imperii ſalve, TU, LEOPOLDE, Caput!
Nunc Tibi, nunc regno ſatis exoptata paraſti
Otia, nunc tantum ſidera ferte Deum.
At genus, & Princeps, qui Te novus auget & ornat,
Virtutis referent ſigna venuſta tuæ.
Me fugiens tempus, nec non pauperrima vena
Addere, quæ volui, non leviora jubet.
Æquore diverſo circumjactatus Ulyſses
Scribitur in patriam poſt rediiſse ſuam.
Segnius afficiunt noſtros ea gaudia ſenſus,
Quæ minuit ſpatiis terra remota ſuis.
Delectant propiora magis, peregrina movere
Non poſſunt oculos: eſt oculata fides.
Nec tamen eſt adeo nobis averſus olympus,
Quin præſente ſatis numina firmet ope.
Durat adhuc terris rerum pax optima noſtris,
Conceditque ſuum quemque tenere bonum.
Otia ſunt civi, quod paſsis flamina velis;
His naves, illis publica nixa ſalus.

Roma caput mundi fuerat felicior antè,
Quàm belli pareret triſtia fata ſitis.
O utinam decreſcat amor maleſanus habendi!
Non ita turbentur regna, nec alma quies.
Tranquillo melius peragunt ſua munia cœlo,
Quos mare, quos campus, quos habet ipſa domus.
Dumque manet noſter belli ſine fluctibus orbis,
Damnantur votis ſingula corda ſuis.
Templa virent ſacros inter ſolennia cœtus,
Hæreticis aditum pax ubi ſancta negat.
Succeſſu gaudent divini labra Magiſtri,
Spemque ſui magnam gnava juventa facit.
In vicis pueri ſaliunt, lætantur in urbe:
Lætitiæ ſignum quæque platea ſuæ.
Sponſus adeſt Sponſæ, gratatur amicus amico,
Nec, niſi qui vitæ, finis amoris adeſt.
Hæc tibi, ſi nôris mea Marchia, conditor æquus
Præſtitit, hæc ſervat multiplicatque bona.
Cernimus incolumes anni labentis agonem,
Et vis in vegeto corpore pulchra manet.
Quo mihi divitiæ, quò rerum copia ſumma,
Si lectum tueor diſcruciorque miſer?
Tantalus inter aquas ſitiens fugientia captat
Poma: caret parti fructibus ægra cutis.
Qui morbi vacuus potuit traducere vitam,
Dulcis fortunæ munus is omne tulit
Quid loquar? audivit gemitus quoque Jova priores,
Frumentique dedit fœnora larga ſeges.
Deſiit atra fames, & præſentiſsima lethi
Vis procul à nobis eſt, metuenda prius.

Almus ager pecudes paſcit perdivite mamma,
Mortales miſeros nutrit & almus ager.
Horrea dant facilem victum: nec pabula civi,
Nec deſunt domui certa, colone, tuæ.
Aurea nunc verè ſunt tempora, qualia multi
Nec vitæ ſpatio ſe meminiſſe ferunt.
Non moeret vacuo paupertas triſtis in antro;
Alterius gratum porrigit arca cibum.
Longa ſed ut fugiam prolixæ tædia linguæ,
Quæ veniunt propius, nunc celebrabo bona.
Berlino teneor, Berlini proſpera fata
Ut memorem, patriæ mater amica facit.
ELECTOR triplici FRIDERICUS nomine Clarus,
Quod nova Werderæ porta venuſta docet,
Vivit, & eſt alio jam Succeſſore beatus,
Quem peperit Magno Filia magna Patri.
Suſtulit hæc aulæ gemitus, annique prioris
Sanavit facili numine damna ſuo.
Nos tegit expandens per cunctas brachia terras
Arbor, ſublimi jamque propinqua polo.
Brachia propellunt hoſtes, pro civibus umbra
Conſtat, ut eſt timidæ lætior ulmus avi.
Eſt nobis Salomon, aſſertor pacis & auctor;
Eſt David, decorat quem pietatis amor.
Illum conſilio ſtant provida pectora circum,
Ut ſervent Themidos juſtitiæque viam.
Sicuti Romanis ſua per ſubſellia rebus
Diverſi melius conſuluere Viri.
Hinc inter cives dulcis concordia regnat,
Livor abeſt fauſtis, fauſta precatur amor,

Eſt

Eſt Pater Auguſtus patriæ pretioſa Corona,
Quæ terras omnes ſpargit odore ſuo.
Berlinum certè capit incrementa quotannis,
Fortunæque videt vix elementa ſuæ.
Mœnibus & vallis cingi jam cœpit ab omni
Parte: foris robur creſcit, at intus honos.
Exſurgunt alto certantia culmina cœlo,
Quæ nec divitiis pluribus Indus emat.
Quid mirum? pietas nulli contermina fuco
Hic & in æternum præmia digna capit.
Salve læta dies, urbi quæ prima dediſti
Aonidum docto ſuaviter ore frui!
Te ſacer hic paries, te gaudent ſplendida roſtra,
Te cum diſcipulis Doctor amicus amat.
Sis felix iterum, felicior ipſa recurras,
Et lucis maneant gaudia longa tuæ.
Tempus erat noſtris heu! lamentabile Muſis,
Cum toties lectum noſter iniret amor.
Filius ut metuit dilecti funera patris,
Atque videns morbum creſcere, triſtis abit:
Sic mecum patriæ ſpes contriſtata jacebat,
Cum Genitore velut mox moritura ſuo.
Sed meliora dedit tandem clementia cœli,
Quam præſens voluit concelebrare dies.
Adde, quod in noſtra lampas nova cernitur æde,
Doctrinæ radiis ſat ſpecioſa ſuæ.
Quid Tibi non debet mortalis, Conditor Alme, *Concluſ.*
Te ſine qui nullum cernit in orbe diem?
Nos hodie memori fas eſt è pectore grates
Promere, nec laudes conticuiſſe tuas.

 Vixi-

Viximus elapſum ferme feliciter annum,
Victoresque mali te ſuperante ſumus.
Bella, fames, morbus, miſeræ diſcrimina vitæ,
Hactenus ad noſtros non adiere lares.
O Pater, o noſtræ tu ſpes DEUS unica vitæ,
Da quoque venturi temporis omen idem.
Se tibi commendat ſupplex Eccleſia preſſa,
Quæ nunc tuta quidem, non tamen usque manet.
Opprime barbariem tu fortior hoſtis Eoi,
Et noſtri porro Cæſaris arma bea.
Gallorum contunde minas, obtunde furorem,
Neu ſine fama tui nominis alta cadat.
Reſpice, quæ ſacris moveantur legibus oræ,
His decus, his reddas templa ſacrata tibi.
BRENNONIS hinc noſtri cumula vitamque Domumque,
Qui portas aquilæ more, benigne, tuos.
Sit tranquilla diu, ſit felicisſima ſemper
Marchia, Berlini ſtet ſine fine decus.
Pax Aulam teneat, claros concordia cives,
Curia conſilio floreat alta ſuo.
Diſcipulis pateant aures, Doctoribus ora:
Sic tua, Gymnaſium, gloria perpes erit.
Quod ſupereſt, magnis iterum devincta Patronis
Muſis ſacra cohors gaudia fronte vehit.
Solvimus hinc grates vobis, jam quotquot adeſtis,
Devotas; noſtris porro favete ſacris.
Immemores veſtri dicemur nominis eſſe
Nonniſi, cum jactus corpora pulvis habet.

4. *De Munificentia Principum in conferendis artium liberalium ſubſidiis.*

Occaſione
Illuſtris Stipendii Electoralis Marchici, quo ipſe inter primos clementisſimè donatus, cum Viadrinas Athenas peterem, Muſis Berlinenſibus ſequenti Oratione valedixi.

Exord.

MUſa decus memora, ſibi quod cœleſtia condunt
Pectora, non titulos & inani nomine ſceptrum
Nec quæcunque levis fortunæ munera ſtultos
Incantant oculos, ut celſa palatia luſtrent
Turrigerasque domos: ut, quem circumdedit oſtro
Regia ſors, animum quamvis contagia rodant
Turpia, divino vulgus veneretur honore.
Vulgus humi ſerpens neſcit meliora tueri
Naturæ vitio. Quid proſunt lumina talpis?
Quid ſenſus homini, mala quem dementia verſat?
Eſt aliquid regale magis, quo Principis aulæ,
Quo Patriæ Patribus datur inclareſcere: Virtus,
Virtus, quæ decorat faſces, & ſceptra coronat:
Virtus, quæ cives moderari legibus æquis
Virtus, quæ laxas novit dare rurſus habenas:
Virtus, quæ memores multos feciſſe merendo
Gaudet amica Deo, miſerorum læta ſalute.
Ac, veluti lucem quando mortalibus almam
Vere novo retulit, nocturnaque nubila merſit
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,

Tum jubar exortum nitido commendat ab auro
Cynthius, & radiis luſtrat penetrantibus orbem:
Tunc homines miſſo liquidum ſuper aëra vultu
Attonitos cœli facies, Phœbæaque lampas
Detinet, ad viſum veniens ſtupor urget inertem:
Sic bonus in terris Princeps (mirabile dictu)
Dum faſtidit humum divinæ congener auræ,
Sublimi virtute micat majoraque ſpargit
Lumina, quam poſſint humani cernere ſenſus.
Non ego jam geminos Scipiones, fulmina belli,
Non Fabios, Deciosve cano, quibus unica ſæpe
Nomen dextra dedit, ſed fœdam plurima labem,
Vis invicta foris, ſimul imperioſa voluptas
Moverit arma domi, ſeſe committere pugnæ
Audebit rarò. Vitiis rapuiſſe triumphum,
Hoc opus, hic labor eſt, habet hæc victoria laudem.
Hinc demum nobis Rex optimus ille videtur,
Qui nec Marte poteſt tantum, nec viribus amplis,
Milite nec valido, nec rerum divite nervo,
Quantum mente bona. Generoſum pectus honeſti
Entheus urat amor. Virtus & ſumma poteſtas
Tam bene convenient, quam ſiquid docta decoris
Dat Pario lapidi manus, aut ubi corpore pulchro
Arte laboratæ veſtes, Thynæque ſuperbit
Mercis honos. Charitum ſic regia nomine floret:
Sic decet ingenuis cultores artibus ipſos
Conciliare Deos, ac Mundi Numina nutu
Solarique Scholas, & confirmare benigno.
Quæ dum cuncta loquor, FRIDERICI Gloria noſtri
Excelſo ponenda loco, nam munere tanti

PRIN-

PRINCIPIS Aoni dum domus hæc placidiſſima ſentit
Otia, nec metuit bellorum triſtia fata.
Hæc adeo ſemper noſtris infixa medullis
Eſſe jubet pietas, hæc dememiniſſe vetabit
Annua relligio. Mihi, quem Clementia juſſit *Propoſ.*
WILHELMI MAGNI certam ſperare ſalutem,
Et cui non digno tot contra ſortis iniquæ
Syrtes remigium præbet portumque quietum,
Eſt animus (gratæ ne deſit victima mentis)
Dicere, quam celſo ſolidæ ſtet culmine famæ
Rex ita munificus, ſeu, quæ ſit copia laudum,
Pierides foviſſe diu. Valet omnia retrò
Vertere tempus edax: quæ jam duriſſima credis
Marmora, comminuet tecum longinqua vetuſtas;
At ſi Fautor eris Phœbi, te Phœbus amabit,
Atraque depellet livoris tela maligni,
Et tua poſt cineres tumulo laus ampla carebit.
Ergo mihi liceat veſtris, *o Sidera Clara*,
Auſpiciis æquor paulum tentare profundum.
Lenior aura vehat nutantem, quæſo, phaſelum,
Donec Majeſtas humili ſe veſtra Clienti
Oſtendiſſe volet. Vos autem, candida corda,
Spes & Opes patriæ, ſoboles digniſſima cœli,
Objectu laterum date feliciſſima currat
Pinus, & extremo me ſolvat tuta labore.
Prima ſtatim pietas, quæ virtus rara potentum *Tra-*
Limine, laudat opum ſanctos & ſuſpicit uſus, *ctat.*
Si miſeris quanquam, tamen ad cœleſtia natis
Fundat opima ſtipem, ſummique propaget honores
Sic fortuna Dei. Pietatis nobile nomen

Illu-

Illuſtrat Reges. O quantum dedecus illi
Divitiæ grandes, quam verè fiſcus inanis,
Quem pauper nemo, quem nullus egenus aſylum
Repperit, inviſumque Deo veſanus habendi
Reddit amor! fruſtra fulvum corraditur aurum,
Intereuntque ſitu bona, quæ ſunt antè negata
Afflictis Chriſti membris. Quæ gloria cenſus
Crœſo vel Craſſo? fructum neſcivit uterque,
Quem pietas poſcebat inops. Date cuncta Tyranno
Splendida: delicias date, quas habet ultimus orbis;
Omnia fumus erunt; ſed ſiquis noverit uti,
Quæ ſors larga dedit, næ prudentiſſimus ille
Dicendus, certo poſitis in fœnore nummis.
Nempe ſolent ſteriles fulcrum dare vitibus ulmi,
Nec concluſa domi poſſunt ditare colonos
Hordea: Sic color eſt argento nullus inerti,
Nî ſit prompta manus miſeris afferre ſalutem,
Plenaque ſe ſacro fini devoverit arca.
Eſt etenim merces illis tutiſſima cœlo,
Quos pia paupertas fidos invenit amicos:
Debitor illorum Deus eſt. O quæſtus! o ingens
Lucrum! Gratamur tanto de fœnore vobis,
PATRONI MAGNI! Jamdudum talia fertis
Præmia, quos numerant ALBERTOS & JOACHIMOS
Annales memores cœleſti ſede receptos.
Nunc eadem ſequitur Veterum veſtigia PRINCEPS
Æmulus, atque pari Muſis addictus amore,
Stemmate Brennonio geſtat digniſſima ſceptra,

Mar-

Marchiacumque regit patriis virtutibus orbem.
Novit enim, quantum Pietas & Pallas ubique
Relligioſa boni gentes diffundat in omnes.
Eſt pietas æquor, quod per ſacra Palladis arva
Mittit felices opulento gurgite rivos:
Eſt clavis cœli, per quam benedictio terris
Alma venit propiusque Deo mens jungitur alto:
Eſt Ariadnæum filum, quo mille mæandros
Effugimus mundi, Satanæque cavemus ab aſtu.
Quæ tandem poterunt oblivia carpere laudes
Majorum, quando Sophiæ ſtudioſa juventa
Illis prima fuit, meritoque graviſſima cura?
Quid Carolo Magno Vatum volitare per ora,
Et ſua pompoſis hodienum vivere ſcriptis
Facta dedit? *Pietas templis laudata Minervæ.*
Quid Guelphum Bavaris quartum, Gallisque Robertum,
Quid Regem Daniæ Frothonem nomine primum
Reddidit æternos? quid vexit in æthera Magnos
Saxoniæque Duces, & quos Brunonia Divos
Urbs memorat? *Pietas templis laudata Minervæ.*
Quæ tot FELICES nec vanis cauſa vocari
Ominibus juſſit? quis læti nominis auctor?
Sola fuit *Pietas templis laudata Minervæ.*
Namque velut radios per Solis euntibus umbra
Fit comes, & tacitis à tergo paſſibus inſtat:
Sic pietatis amor quem ſacro fervidus igni
Torret, inexhauſtis cumulabit dotibus illum
Nunc fortuna ſequens, nunc adſtans rebus in arctis

Auxi-

Auxilio forti Numen. Vaniſſimus ergò,
Qui negat imperio præluſtri commoda ſanctæ
Mentis, & arbitrio Regum fas omne nefasque
Subjicit; Eſt regnum, Jovæ parere, ſupremum.
Hoc PIUS AURELIUS regnum ſibi duxit honori,
Hoc plures alii, quorum ſi nomina ſola
Enumerare juvet memorandis inclyta faſtis,
Ante diem clauſo componat veſper olympo.
Tendit ad hanc metam, quisquis Nutritius eſſe
Phœbigenum Princeps volet aſſertorque Scholarum.
Eſt vis magna Scholis: hinc, hinc Aſtræa virago
Exit ritè regens ſpatioſi climata mundi:
Hinc pietatis honos, hinc hinc non temnere ſacra
Diſcimus, & terris donamus tempora læta.
Tanto ſtat pretio pulvis, quem calcibus urget
Plebs rudis, ac tenuis credit ludibria venti.
Huc largas afferre manus, huc vertere curas,
Quid non laudis habet? quantum fuit inſtar in uno,
Qui primus Regum, virtutis amator & artis,
Regali ſumptu Muſarum condidit ædes,
Exemploque ſuo magnas ibi ponere gazas
Juſſit, ubi Domino ſint gloria magna futuræ!
Quam pulchrum eſt, opibus ſeſe ſpoliaſſe caducis,
Ut ſtudiis regnum felix exſurgat honeſtis?
Principis egregium decus eſt, ampliſſima dando
Munera ſi dignus cœleſti fingitur ortu,
Ortu, qui memori Magnates deſtinat ævo.
Sic tuba Virgilii docto clangore ſonora
Fert ſuper aſtra Deum, ſic Sulmonenſis adorat
Auguſtum Vates: ſic laudes illius auget

Cæſaris

Cæſaris, arguto qui plectro faſcinat aures,
Flaccus. Erunt Ephori celebres, quos alta juventæ
Sparta dedit, ſtudio ne quid virtutis obeſſet
Fortunæ livor. Vivet poſt fata ſuperſtes,
Quem referent Muſæ divinis artibus omnem
Poſtpoſuiſſe Tagi, vel quam Pactolus arenam
Aurifero torrente vehit. Data munera nunquam
Grata ſilet Clio, nec diſſimulare voluntas
Obſequioſa ſinit, quamvis incondita ſæpe
Carmina verſifices pangant juvenilibus annis.
At quales tituli, quæ ſunt inſignia Regum,
Si virtute carent, ad cujus culmina ſolus
Monſtrat Apollo viam? Senecæ præcepta Magiſtri
Aurea dum facili Nero Claudius ore bibebat,
Nec decus imperio deerat, nec fama regenti
Celſior, & poterat, ſi mens non læva fuiſſet,
Iſto lucifero claras præeunte per artes,
Virtutum radiis ſplendorem vincere lunæ.
Hæſerunt lateri Trajani Plinius olim,
Quique ſuis docto ſcriptis innotuit orbi,
Solers Plutarchus. Plautum Pompejus habebat
In bello Dux ipſe Ducem. Quid diſcimus inde?
Quod ſtylus & gladius non ſint contraria ſemper.
Hic tegit, ille regit gentes, ac tutius armis
Conſilium gignens audacia pectora firmat.
Hæc baſis illa duplex, qua BRANDENBURGICA floret
Nixa Domus, vireſque novas & maxima ſumit
Robora, nec perdit veteris momenta vigoris,

Illa

Illa ſuis opibus veſtri commendat amorem
Ingeniis juvenum; vos illa benignius Aula
Tractat: Jo lætum, Muſæ, pæana WILHELMO
Dicite, neu tanti moriatur gratia facti.
Cernitis, ut populi lacrymas detergere malis
Feſtinet Numen, clamoreque ſupplice motum
Præſenti toties de funere ſuſcitet ægras
Spes patriæ, veſtrasque ſimul: perſolvite grates,
Et promiſſa Deo laudum præconia lætis
Decantate modis. Eſt quædam gloria noſtri
PRINCIPIS, ægrotum ſi langueſcentia flemus
Membra Caput: decus eſt rurſum, ſi plurima, ſalvo
Ipſo, non tacito ſub pectore gaudia cives
Volvimus, & vultu teſtamur amica ſereno.
Ac, niſi me pudeat veſtrum turbare favorem,
Dilecti, quantus mihi rerum naſcitur ordo,
Unica ſi placeat noſtris mitisſima votis
Numina, vicini quæ Svevi littus amœnum
Oſtendit, nimium venerari carmine longo!
Sufficit, AUGUSTI quod mens divina WILHELMI
Regibus exemplar virtutum ſiſtere vivum
Poſſit, & illuſtri dare pondera magna Minervæ.
Si tamen eſt aliquis, cujus præcordia Titan
Non meliore luto finxit, qui Principe dignum
Suſtentare bonas neget olim peſtifer artes,
Hic idiota ſuum neſcit velare tacendo
Dedecus, ac ritu ſe prodit ſoricis ipſe.
Quid commune bonum, patriæ quid cura ſalutis
Velle poteſt gravius, quam tali fœdere jungi,
Queis dedit ingenio multis prodeſſe potenti

Non

Non ignava dies, & longi temporis uſus?
Hic oculis nullum donatur munus opertis;
Omnia donantis referunt ad limina fructum,
Utilis eſt pietas doctrinæ juncta ſeveræ.
Unde Principibus, quicquid vel ſordida mentis
Occultant dominæ ſervili pallia geſtu:
Sæpe Cato vili ſe panno maximus abdit.
Sunt Muſæ clavus, qui regni mœnia firmat,
Firmaque conſolidat ſolido diuturnius ære:
Sunt Atlas, magno qui fulcit robore duram
Imperii molem, nimiumque gementia Regis
Solliciti grato relevat lenimine terga.
Dic mihi, quis rebus dexter modus eſſet agendis,
Quæ via, conſilio ſi non accincta fideli
Flecteret ars animos hominum ſævisque periclis
Eriperet? paucos tam læto ſidere natos
Invenias, videant qui propria commoda ſpontè,
Nec quandoque levis timeant opprobria vitæ.
Eſt aliis animus præcox & in omnia præceps,
Sectator ſcelèrum, rigidus contemtor honeſti,
Qualem, credo, feram vix duris cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæque queant educere tigres.
Hoc ſylveſtre genus nullo ſi verbere, nulla
Vi pulſum ſanæ patitur rationis habenam;
Illa tamen morum feritas, & barbara ſenſim
Linquitur aſperitas, ubi ſe melioribus anni
Molles dant ſtudiis. Debellat pectora dura,
Indutum pharetra quem fingunt, mitis Apollo.
Sed cum pauperies multis & curta ſupellex
Dona negent animi, cum ſint triſtisſima Muſis

Tem-

Tempora, nec rarò juvenis cœleſtia diſcens
Dogmata vix ſtomachum latrantem panibus atris,
Ac tenui fungo jejuni murmura ventris
Solari poſſit: quæ non Reſpublica magni
Principis exultat merito, ſi porrigit ille
Munificis manibus ſolerti pabula pubi,
Et multos patriæ cives aptosque benignus
Præparat? Immenſum generoſis mentibus ampla
Præmia dant calcar: virtutem larga brabea
Accendunt donis, ſomnoque ſepultus inerti
Qui quondam fuerat, ſtimulatus munere dulci
Se movet, optatam properans contingere metam,
Nec ſuper exili molitur laude laborem.
Te, natale ſolum, te, dulcis Marchia, teſtor:
Tu, Phœbi quid proſit amor, felicibus auſis
Et ridente doces fato: tibi mœnia ſurgunt
Magna ſatis, fruſtraque dolum meditabitur atrox
Hoſtis, conſilio dum te ſervata Minerva
Servat, & infenſum ſine ferro disjicit agmen.
Teſtor Saxoniam, quæ nondum laudat agreſtes
Moſcoviæ ritus, & deteſtabile doctas
In frontes odium, ſed multis ſumtibus altæ
Dignari virtutis opus cautisſima pergit.
I nunc, & verbis Muſam contemne ſuperbis.
Muſa ſacerdotes mittit ſolennibus aris:
Orbem Muſa regit, Reges ad culmina rerum
Tollere ſola poteſt divino numine Muſa.
Muſa decus regni, ſceptri fortisſima cuſtos:
Illi Palladio per ſecula longa retento
Nil non debebit celſum ſublimeque mundus.

Non

Non igitur mirum, prudens ſi talia Princeps
Ornamenta gerit pretio quæſita minore;
Mirandum potius, quam ſint jucunda juventæ
Munera, quæ faciles dant ipſa per ardua greſſus,
Securisque jubent pedibus penetralia laudum
Scandere. Non ſegetes ita cœli mobilis humor
Irrigat, & lætis flaventia frugibus arva:
Nec ſic mane novo gratum morientibus herbis
Immittit rorem fœcunda nube ſerenus
Jupiter: ingenuas ac ſiquis ſublevat artes,
Majoremque favens animum viresque miniſtrat.
O quantum noſtri faſtidia longa laboris
Mæcenas minuit! quoties is vellicat aurem
Ignavis monitor! quoties hic ſvadet amœnis
Intento ſtudiis inſomnes ducere noctes!
At malè fervet opus, graviusque videtur agenti,
Quod fautore caret, cujus præſentia multum
Adjuvat urgendo. Pictas oſtendere pennas
Nonniſi miranti volucris Junonia fertur:
Non aliter ſeſe tractari nobile poſcit
Ingenium: ſemper virtus laudata virebit.
Hæc dixiſſe ſatis. Vos, quorum nomina pauper *Con-*
Calliope ſcriptis nunquam pereuntia mandat: *cluſ.*
Vos, inquam, quotquot faſces & ſceptra tenetis,
Eſte ſalutati cunctis, per munera veſtra
Queis patuere fores ad pulchræ gaudia ſortis.
Salve progenies cœli, blandisſima ſalve
Mitis imago Dei! quo Te veneremur honore?
Non tibi pyramides deſunt, non marmore condi

F Expe-

Expetis, ut multi, quos laudum cœca cupido
Proſtituit titulis & tecto ſcommate ludit;
Te melius flavo pietas venerabilis auro
Sanctaque mens ornat gemma pretioſior omni.
Si tamen in magnis laudatur parva voluntas,
Quæſo, tuis liceat meritis exilia ferre
Signa pii cordis, donec maturior olim
Vis animi graviore dabit te dicere nervo.
Tu modò ſis felix noſtrumque levare laborem,
Nutrix Diva, velis: Te longum ſoſpite læti
Sperantúrque dies, & candida tempora Muſis.

Ipſa Valedictoria.

SEd quò progredior? jamdudum longius æquo
Littora deſeruit, ventisque procacibus acta
Jam per ſacra nimis volitat loca carbaſus audax.
Siſto gradum, Viadri quando me proxima grato
Murmure ripa vocat, ſedes ubi fata benignas
Oſtendunt miſero, durisque levamina rebus.
O Deus alme Pater, quo non ſublimius ullum
Numen in orbe datur, qui noſtræ cauſa ſalutis
Unica, nunc cœli plorantibus annuis arce,
Nunc bonitate pari mœſtum lenire dolorem
Mitia corda jubes: Manet alta mente repoſtum
Mnemoſynon fidei, primis amplexa ſub annis
Quæ voluit ſanum me tot jam condere ſoles.
O Deus alme Pater, quantum mutatus ab illo
Tempore, quo primum cœli convexa tueri,
Et querulo poteram vagitu mittere vota!

Nudus

Nudus eram, teneris cum tu velamina membris
Sponte dabas, glacies ne ſcinderet aſpera plantas.
Pauper eram; quando tua me dimiſit inanem
Dextera? ſubſidiis quando fruſtrata petitis?
Cœcus eram; ſacro tu me baptiſmate lotum
Illuſtras, monſtrasque viam, quâ corporis olim
Exutus vinclis adeat cœleſtia Tempe
Spiritus. Hæc quoties divino codice promtus
Gaudia promittis cordi peccata dolenti!
O amor! o ignes! o amoris fervida flamma!
Crimine pollutum fœdo me miſit in auras
Mater, & in ſtygias rapiendum jure paludes;
Sed tuus ecce meæ miſeratus damna ſalutis
Reddidit indigno vitam, clauſosque Sequeſter
Filius innocuo reſeravit ſanguine cœlos.
O amor! o ignes! o amoris fervida flamma!
Singula quid referam, cum nec comprendere poſſim
Singula? Te quævis pro me laudaverit ætas.
Vix ubi tempus erat ruditatem ponere ſtultæ
Mentis, & ingenii meliorem quærere fœtum,
Tu mihi Cultores animi morumque Magiſtros
Addebas, docilem qui culturæque capacem
Efficerent. Adeò te fortunante labores
Proficio, ſtudii neque pœnitet ullius unquam!
O amor! o ignes! o amoris fervida flamma!
Invida me cœpto quondam deſiſtere curſu,
Et nido pennas æquare jubebat egeſtas:
Quandoquidem Phœbi nequeat conſcendere templa
Irus, & egregios tardò ſit nactus honores,

Quem

Quem lare ſub parvo vexaverit anxia victus
Cura; ſed has hebetat divina pronœa ſagittas,
Invenitque viam nuper, quam nemo putabat.
O amor! o ignes! o amoris fervida flamma!
Ergo moras rumpam ſegnes, & pectore grato
Nunc cantabo tuas, Genitor ſuaviſſime, laudes,
Debeo cuncta Tibi: Te, te Fautore reperto
Invidiam riſi, vanæque tonitrua linguæ.
O utinam dignas hodie perſolvere grates
Muneribusque queam tantis imponere veros
Elogii titulos! Totum ſi ſparſa per orbem
Gens humana, tui cum gloria nominis illi
Extollenda venit, digitis compeſcere labra
Cogitur, & ſuadæ ſi pleno flumine fruſtra
Utitur in ſacris dives facundia rebus:
Si Vates ipſi nequicquam talia tentant
Scribere: quid faciet donatus paupere vena?
Sed confirmo tibi, Deus, & tua lumina teſtor,
Dum finet hos artus anguſti terminus ævi
Mortales inter paſci vitalibus auris,
Pectore devoto fidi monumenta favoris
Me veneraturum ſemper, ſupremaque vitæ
Tempora clauſurum memorando cœlica dona.
Da, Pater, aſpiret poſthac fortuna labori
Non mutata meo: da ſacri Flaminis aura
Me regat, errorum nequando devia malim
Perfidus amplecti, neu factum rumpere fœdus.
Tu mihi Dux adſis, nt nonniſi tramite veræ
Incedam fidei; Te ſummo ſcire Magiſtro

Pauca juvat potius, quam noſſe ſophismata mundi
Omnia: ſtat pietas longo durabilis ævo,
Et ſua perpetuo veris cultoribus offert
Præmia. Felices, quibus hîc vaniſſima ſordent
Munera terrigenum; meliora reſervat olympus
Æthereo generi. Crebris ea quærere votis
Fac, Deus, ut ſtudeam: placida ſic morte ſoluto
Angelicos inter cœtus animasque piorum
Laus tua dulciſonis mihi concelebrabitur hymnis.
Hæc ſat erunt, quando Tibi me, CELSISSIME PRINCEPS,
Devinctum fas eſt non una ſede morari;
Sed mutare locum, cœlique relinquere tecta
Tantisper, donec meritorum magna Tuorum
Copia devoto ſignari carmine poſſit.
Scilicet hæc Urbs eſt, in qua mihi prima ſalutis,
Quod minimè rebar veniens, ſe janua pandit
BRENNONIS auſpicio, qui nunc cognomine MAGNUS
Dicitur, æternumque tenet per ſecula nomen.
Hujus ut externas jam terrent fortia gentes
Brachia, (ceu quondam vaſtum terroribus orbem
Subjeciſſe ſibi virtus Pellæa refertur)
Sic patriam Felix portat ſublimibus alis,
Sanctæ pacis amans, obſervantiſſimus æqui,
Tardior ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Qualem largiri vobis Saturnia, cives,
Ætas vix potuit, vix auri tempora priſci.
Hic pia Muſarum Deus alter limina nobis

Cuſtodit melius, quam numina ficta, penates;
Hoc ſub præſidio noſtræ ſervantur Athenæ,
Et late juvenum, viridi qui gemmeus horto
Pieridum ſurgit, ſuavem flos ſpargit odorem,
Des veniam, FRIDERICE, meis conatibus, oro,
Argutos inter ſiquid ſtrepit anſer olores:
Ignoſcas, oro: Non eſt mihi copia fandi,
Quæ paucis dixiſſe datum: Te Pindarus ipſe
Non ſatis extulerit, nec queis natura benigna
Grande Sophocleo magis eſt largita cothurno
Eloquii donum, Stimulo me pungit amico
Gratia, quam ſervi rebus concedis egenis,
Vocibus indoctis ut longa ſilentia rumpam
Debitor usque Tuus. Te nobis regia cœli
Invideat ſerò! Serò Te Marchia dulcis
Lugeat occaſu, Sol, induxiſſe tenebras.
Vivas Delicium Patriæ Columenque Tuorum!
Vivas, & ſceptro poſthac felice quieta,
Quæ Tua Dextra dedit, conſerves tempora nobis!
Nati natorum, vel qui naſcentur ab illis,
Lætentur cretis hoc ſacro ſanguine Divum
Principibus, qui Te comitentur paſſibus æquis!
Pergere me prohibet labentis terminus horæ,
Et, cui prolixis oneri ſermonibus eſſe
Haud decus eſt, auris. Quare nunc juſſa capeſſam
Ultima, jamque petens vicini culmina Pindi
Berlinum linquam, dicamque noviſſima verba
Hoſpitio veteri, ceu mos & jura requirunt.
Terno jam curſu rapidus duodena per aſtra

Sol

Sol iit, inque novo bigas exercet anhelas,
Dum me Sprea tenet leni jucunda ſuſurro,
Commisſumque ſibi fæcundat pinguius agrum,
Quam valet Ægypti ſitientia rura rigare,
Per ſeptem quando diffunditur oſtia, Nilus.
Cœleſtes Animæ, Decus inviolabile noſtrum,
Tollendi ſuper aſtra VIRI, quo veſtra decenter
Oſtentem calamo? venerer quo lumina vultu?
Muneris eſt veſtri, quod per juga culta Camœnum
Divertens dulci diſtendit nectare cellas,
Caſtaliosque bibit mens hîc lætata liquores:
Muneris eſt veſtri, quòd non ignara futuri
Pectora doctrinæ campos volitare per omnes,
Et paſſim pulchros gaudent decerpere flores:
Muneris eſt veſtri, Latiæ quod pondera linguæ
Et Græcæ pariter potui didiciſſe medullam:
Muneris eſt veſtri, ſiquid mea vilia poſſunt
Carmina, ſi tenuis delectat ſpiritus aures:
Muneris eſt veſtri tandem, me noſcere Chriſtum,
Quæque ſit una ſalus. Hæc ſumma ſcientia ſemper
Exemplo veſtro decoret Muſea piorum.
At Vos præterea, merito quos nomine Patres
Appello, quoties vel nutu ſigna favoris
Edere dignati, quem nec ſpes ipſa negavit?
Sic mea paupertas, Patroni, dulce levamen
Laude vehit, quod veſtra ſibi propenſa voluntas,
Me Symphoniaci cœtus rectore creato,
Præbuit. Et quo me verborum Syrmata jacient,
Si faciles aditus, ſi, quæ mihi copia veſtris

 Uten-

Utendi libris fuerit, ſi cetera multa
Hîc memorare velim? Nil addita parva lucerna
Addiderit luci, nil rurſus demet ademta,
Phœbe, tuæ: Sic eſt VENERANDI, Veſtra, MAGISTRI,
Gloria, quæ proprium monſtrat ſatis ipſe nitorem.
Quocirca fuero contentus, dicere grates
Si Vobis potero: nam præmia digna referre
Non opis eſt, mea Corda, meæ, nec quicquid ubiquam
Palladiæ pubis, veſtro debere labori
Se ſtudii fructus quæ mecum grata fatetur.
Sumite pro nummis Numen, pro munere votum,
Votum, quod pietas imo de pectore promit,
Votum, quo poſthac mea ſæpius ora ſonabunt:
Vivite felices, & longè ſemina claræ
Spargite doctrinæ, quæ ſeſe tollet in auras
Terroremque dabit FRIDERICI fama WILHELMI.
Sanctum quod geritis, nomen tutetur olympus
Fortis, & in placidam vos ſoſpitet usque ſenectam,
Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Vos cœlo reddet Stellas, patriæque beatæ
Pignora non ullo capietis gaudia fine.
Interea læti durum perferre laborem
Pergite, namque manet vos merces ampla. Valete!
Alloquor extremum nunc Vos abiturus, Amici,
Quos utrumque latus dicenti ſiſtit, & addit
Intemerata fides: Sint vobis mitia fata,
Sint Mæcenates, & quæ felicia Muſis
Exoptare licet. Dum vobis integer ævi

Sanguis adeſt, ſolidæque ſuo ſtant robore vires,
Diſcite: diſcenti quæ ſit fortuna, videtis.
Demat honos, oneri quod fellis ineſſe putatur:
Vincat amor patriæ, quæ ſunt vincenda. Valete!

MANTISSA GEMINA.

1. Carmen ſupplex, quod nondum factus Gymnaſ. Berlin. Alumnus tenui Minervâ ſcripſi & Illuſtri atque Excellentiſſ. DOMINO DN. THOMÆ de KNESEBECK, tum temporis Veteris Marchiæ Electorali Præſidi humillimè obtuli.

VEra manent veteris mœſtisſima verba Poëtæ:
Haud facile emergunt. quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi. Nam quos penuria victus
Opprimit, & triſtis fortuna tenaciter urget,
Præcipites videas ſortem deſcendere ad imam.
Quid perſæpe ſitu cogit ſordeſcere turpi
Ingenium gemmis pretioſius? invida egeſtas.
Quid revocare gradus jubet alta laudis ab arce
Dote animi pueros inſignes? invida egeſtas.
Sedula cur pubes ſtudiis addicta Camœnum,
Optatæ ſerò contingit præmia metæ?
Quæ palmam mora tanta tenet? tenet invida egeſtas.
Heu grave pauperies! quam ſunt tua vincula ſæva!
Hinc mihi non raro dubiam ſententia mentem
Traxit, præſtaret relinquere limina doctæ
Palladis, immenſo an porrò indulgere labori?

Bis terno curſu rapidus duodena per aſtra
Sol iit, inque novo jam bigis fertur anhelis,
Dum mea præceptis celebri Brunonis in urbe
Pectora formarunt fidi doctique Magiſtri.
Nunc majora petens Muſarum è ſedibus altis
Hæreo, nec patitur nummorum curta ſupellex,
Quippe mihi ære gravis neſcit diſcedere dextra
Finibus è patriis: miſeros ea cura Parentes
Anxia ſollicitat; ſumtus mihi ferre recuſant
Inviti. Quid opus? Duris in rebus agentem
Vertere in omnia me, nil non tentare decebit.
Tu modò des veniam mihi, multi Nominis Heros,
Mæcenas Fautorque juventutis ſtudioſæ
Nobilis, & famâ multas memorate per oras:
Quando tuos etiam ſupplex mea charta ſubire
Auſa oculos, Vir Magne, cui magis ardua centum
Per caput & circa ſaliunt latus undique feſſum.
Sanguinis auctores mihi quos antiqua tulerunt
Secula, grata Virûm dignos volitare per ora,
Aurea me nondum cœli convexa tuentem
Reſpexere boni nummis poſt fata relictis.
Tanta Patrum bonitas ſeros complexa nepotes
Me quoties mœſtum lætam ſperare ſalutem
Juſſit, & afflictis melius confidere rebus.
Urbs me eadem, gremio quæ hæc relligioſa benignè
Pectora ſuſcepit, reſolutaque viſcera ſervat:
Urbs eadem eſt, ubi Majorum ſuprema voluntas
Cordibus hæredum dulci ſibi ſanguine junctis
Ære magis ſolido monumenta perennia ſtruxit.

Eſt

Eſt horum teſtis patriæ venerabilis urbis
Curia, clara Viris, qui cives legibus æquis
Et regere, & laxas nôrunt dare tempore habenas.
Illa Patrum gazas & priſci munera ſecli
Dum tenet, atque pios ſtudioſa recondit in uſus,
Ac dignis reddit largo cum fœnore amicis:
Quanta cohors juvenum, Sophiæ nemora alta ſecuta,
Nido majores viſa eſt extendere pennas?
Aſt ego, Pieridum cupiens juga culta ſubire
(Mens meminiſſe horret, luctuque refugit acerbo)
Cogor, ubi optatæ ſpes eſt inciſa ſalutis,
In medio curſu renuentem ſiſtere greſſum.
Donavere quidem tantum miſerata dolorem
Secula priſca mihi non parva levamina; verum
Quid fuga damnoſi non immutare laborat
Temporis? Ipſa, meæ quæ commoda reſpicit urbis,
Florida conſilii ſedes quam rite ſolebat
Dona laboranti veterum conferre juventæ!
Quam mihi ſæpe eadem ſpes eſt accenſa miſello?
Nunc autem in cineres heu! collapſura videtur.
Cum dii tradens ſalvantia dogmata verbi
Oſterburgenſi ſacrata Paſtor in æde
Munera Majorum multos ſervata per annos
Schuſii patriis auferre è mœnibus, atque
Præripere iſta meis ſtudiis ſolamina tentet.
Quam ſi mentem ejus facilis fortuna ſequetur,
Quod nolim: Auxilio me non aliunde futuro
Sors extrema adiget deponere Apollinis arma.
Sed quid mœſta diu repeto lamenta trementi

Pollice

Pollice? quid vano curarum fluctuat æſtu
Mens ignara mihi, quæ craſtinus advehat æther?
Quin ego, Magnifici Vir nominis, Aoniæque
Una juventutis, quam gignit patria tellus,
Spes Columenque, Tuæ fidei me ſupplice charta
Commendo? Miſerere tui, Vir Magne, Clientis,
Oro iteroque humilis: Tua Magnificentia preſſo
Præſidiumque mihi ſit jucundumque levamen.
Cumque mihi priſco relicta à ſanguine dona
Vir jam prædictus ſtudeat conamine ſummo
Eripere: ipſe Tuæ juſtisſima mentis egenus
Judicia expoſco votis. Te Judice magno
Æqua, rogo, pavidas redeat ſententia ad aures;
Neve ſinas acri Muſarum limina curſu
Ingreſſum arceri miſere penetralibus ipſis.
Denique ſi vultu hæc queritantia verba ſereno
Accipies, veluti me ſpes ſolatur amica,
Mente Tibi ſatagam devota ſolvere grates,
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus,
Deſino plura, pio ſaltem his è pectore fuſis:
Vive, vale, flore, *Mæcenas*. Deſino plura.

2. Oratiuncula in Gymnaſ. Berolin. ſub RECTORE, DN. M. G. WEBERO, A. 1683. habita,
De Adventu veri Mesſiæ, JESU noſtri.

VEnit læta dies & delectabile tempus, *Exord.*
Quo (reor haud equidem magno ſine Numine ſummi

Patris)

Patris) lætitia voces ad ſidera jactant
Agmina juncta piûm, quo condita ſenſibus imis
In mortale genus divini munera amoris
Certatim variis extollunt laudibus omnes.
Omnes dulce canunt, nec ſuavi limina cantu
Relligioſa carent, dum ſacri dulcia verbi
Quisque ferens hilari præco ſic incipit ore:
O nos felices! o terque quaterque beatos!
Expectatus adeſt, in quo ſperare ſalutem
Poſſumus, & lapſis melius confidere rebus;
Expectatus adeſt, qui cœli gaudia nobis
Conciliat, facit atque epulis accumbere Divûm:
Expectatus adeſt, humani corporis artus
Sumere qui voluit, diris ut faucibus orci
Eriperet gentes, noſtrisque ex oſſibus ultor
Perpetuis atrum vinclis & carcere ſævo
Dæmona frenaret. Jam centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis fremat horridus ore cruento
Cerberus, & dentes nequicquam exerceat uncos
In genus inviſum. Nos triſtes pectore curas
Mittimus, hæc ſolito celebrantes tempora ritu,
Tempora, queis magno noſtri ſuccenſus amore
Filius æterni ſupera de ſede Parentis
Venit, & extrema mortales ſorte levavit.
Ergo, præſentis velut anni flagitat uſus,
Solvite vota DEO, Chriſtjani, ſolvite ſacra
Cœleſti Regi, cujus firmisſima perſtant
Fœdera, nec numero comprendi munera poſſunt.
Semper honos ejus, nomen laudesque vagentur

Grata

Grata per ora virûm. Quippe ut clamoribus æther
Angelicis reſonat multorum mille canentum;
Vox una: unanimi plauſu completur olympus:
Sic etiam ſacra noſtrum eſt in ſede quotannis
Cantantes una devotas dicere grates
Auctori rerum, qui nec fumantibus aris,
Nec grege mactato, nec multi ſanguine tauri,
Terrigenum grato ſed tantum pectore gaudet.
Ite, pii cœtus, cum multis millibus ite
Laudantes Dominum, cui ſemper neſcia finis
Stat bonitas, & verus amor: nunc tempora læta,
Nunc exoptatæ ſolennia gaudia lucis
Mecum agite, & fidei myſteria maxima noſtræ
Volvite, ut hæc veſtros olim ſervetis in uſus.
Venit Mesſias, Deus ipſe ex virgine caſta
Natus homo, noſtræ venit ſpes ampla ſalutis.
O amor! o bonitas! hæc cœlo æquare decemi
Omnes laude decet, mente iſta repoſta tenere
Proderit, &, nobis dum pars manet ultima vitæ
Spiritus, & nigras cum nos miſſura ſub umbras
Frigida mors aderit. Sed (quod lacrymabile dictu)
O miſeras hominum mentes! o pectora cœca!
Rari quippe pii, numero ſunt vix totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.
Heu rara in terris, nigroque ſimillima cygno
Intemerata fides! quàm paucis ſuavia ridet
Nuncia, queis gaudens Eccleſia dedita Chriſto
Jam ſacra feſta colit; fucato pectore multos
Ferre Deo grates videas, quod pignora cordis

Cara ſui in noſtrum cœlo demiſit ab alto
Auxilium. Heu multi cœcis erroribus acti
Ferre fidem nolunt, quos inter peſſima turba
Judæum veræ fidei nos dogma ſequentes
Illudit, carpit, naſo ſuſpendit adunco. *Propoſ.*
Unde mihi eſt animus, poſitis ambagibus ipſis,
Carmine non longo, firma eſt ratione probare:
Septendena ferè rapido per ſecula curſu
Iſſe jubar ſolis mundi duodena per aſtra,
Ex quo promiſſus Mesſias tempore venit.
Expediam, & paucis, quæ ſit mens noſtra, docebo.
Vos, Auditores chari, peto, adeſte benignis
Auribus, has tenui faciles advertite Muſæ.
Vitales aliquis Mesſias ire ſub auras *Tract.*
Debuit, ut dius ſcriptoque valentior omni
Nobis fert codex. Nam cum mandata Jehovæ
Præſtigiis Satanæ victus cum conjuge Adamus
Spreviſſet, vetita capiens ex arbore fructus;
Tum verò juſtus juſtas exarſit in iras
Vindex; at dignis horrendi crimina lapſus
Suppliciis urgere volens deponit acerbos
Sponte ſua vultus, humili ſonteſque pavore
Pectora perculſos dictis affatur amicis:
O qui immortales pœnas Phlegethontis in undis
Debetis, revocate animos mœſtumque timorem
Mittite: virgineo naſcetur ſemine magnus
Mesſias, caput inferni furiale draconis
Tundere qui pedibus robuſta & calce valebit.

Hæc promiſſa diu repetitaque ſæpe leguntur
Ore Dei: hæc Patrum Vatumque fidelia corda
Cernere ſe tandem felici lumine votis
Expetiere piis; nec Hebræos iſta latere
Læta Deus voluit: Spatioſum fama per orbem
Hæc iit, & læto populos ſermone replevit.
Quæ nec vana fuit: longo poſt tempore venit
Verus Meſſias, ceu ſacri pagina verbi
Adſtruit, impletis, quæ dixerat ante futura
Fatidicus Moſes. Quod enim ille erat ore locutus;
Non prius adverſis orti de ſanguine Judæ
Hoſtibus imperium cedent faſceſque ſuperbos,
Quam Schilo veniat, ſervator, nobilis Heros,
Id certa ſolidare fidę experientia dudum
Viſa fuit miſeris. Auguſto Cæſare namque
Cum ſe Romanis ſub leges pacis iniquæ
Vexata armorum vi gens Judæa dediſſet,
Atque gravem inviſis numerum perſolveret auri,
Editur in lucem Schilo, veriſſimus ille
Meſſias, verus Deus, & mortalia ſumens
Viſcera verus homo. Quem ſi vos porrò negare,
Judæi, audetis, tamen hæc mens veſtra fateri
Cogitur, huc illuc propria ſine ſede domoque,
Alterius preſſos vosmet ditione vagari.
Nonne etiam templi jam culmina celſa ſecundi,
Queis pia ſalvificæ fidei myſteria noſter
Meſſias (velut Haggæus prædixerat ante)
Tradere debebat, Romani Martis ab armis
In cineres converſa jacent? quin nulla ſuperſunt
Rudera

Rudera, perpetuis ædes damnata ruinis
Illa manet. Neque enim ſanctorum oracula Vatum
Fallere, nec falli poſſunt, dum machina mundi
Durat, & in terris dum ſtirps humana vigebit.
Sed jam quæ veteris cœleſtia fœdera pacti
Venturo de Meſſia retulere, ea cuncta
Natus homo Jeſus ex omni parte probavit:
Id quod quæque novi monumenta perennia ſigni
Concordi paſſim teſtari voce videmus.
Hunc Ephratæ in lucem partu dilecta Jehovæ
Virgo dedit, ſceptris cum gens Judæa remotis
In Romanorum ceſſiſſet jura fidemque:
Sic fore namque ſacro commoti pectora Flatu
Veridicis Vates voluere oſtendere ſcriptis.
Venit, Jo! venit, quem ſecula priſca venire
Optarunt: venit, qui nomine & omine ſolus
Meſſias: venit ſolio delapſus ab alto
Ipſe Dei Gnatus, qui crimina totius orbis
Tollere morte ſua, & lapſam reparare ſalutem
Poſſet: Hic eſt unus, quo funera adusque ſuprema
Spes confiſa Patrum nunquam confuſa receſſit:
Unus hic eſt, ſuperi qui avertit Numinis iras,
Monſtravitque viam, qua ſcandere tecta beata
Poſſumus, & tutos cœli contingere portus.
Unus hic eſt, inquam, qui nobis cœlica Tempe
Vulneribus peperit duris & ſanguine multo.
Jamne vides, ſcelere ante alios immanior omnes
O Judæe, tuæ quæ ſtat ſententia mentis,
Eſſe Dei adverſam verbo fideique probandæ?

Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit,
Poſtquam duritie ferrum ſuperare nefanda
Te vidi, & montes innataque rupibus altis
Robora: Te diris ſuſcepit cautibus horrens
Caucaſus, æsque triplex circum fera pectora duxit,
O Judæe miſer, quæ te dementia cepit!
Siccine in horrendos ſcelerum fraudisque Magiſter
Te rapit errores, divini ut dogmata verbi
Occluſas tandem nolis demittere in aures?
Quod ſi nulla tibi ſceleratam vertere mentem
Res valet, & falſæ fidei præcepta tenaci
Perſequeris ſtudio nunquam meliora capeſſens;
Dic mihi, queis poterit Meſſias orbis in oris
Ille tuus naſci? veterum monumenta priorum
Bethlen Meſſiæ vera incunabula dicunt.
Urbs erat illa quidem Judæi ignobilis agri,
Quam nunc excidiis demerſam triſtibus eſſe
Scriptores referunt ſacri, referuntque profani.
Sunt æquata ſolo templi laqueata ſecundi,
In quo Meſſias (ceu ſcripta Prophetica cantant)
Pendentem dulci populum ſermone replere
Debuit: ipſe tuo patrio de limine pulſus
Fruſtra alio quæris ſedem ſub ſole jacentem.
Quæ ſi cuncta voles animo bene volvere tecum,
Quam tibi vana bonos præ detur opinio ſenſus,
Invenies. Erras male, dum ſpes paſcis inanes,
Venturum eſſe novum Meſſiam: Vera fateri
Si cupis, effluxiſſe dies & plurima dices
Secula, dum veſtram vana expectatio gentem
Suſpen-

Suſpenſam tenuit. Nos, nos meliora ſecutos
Nec vis, nec rabies, nec ſæva pericula terrent.
Ergo fidem noſtram, quæ, ſacris una libellis *Concluſ.*
Nixa, hominum generi dudum veniſſe ſalutis
Auctorem diri depulſoremque pericli
Aſſerit, immotam conſtanti mente tuemur,
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt, convexa polus dum ſidera paſcet.
At Tibi, Summe Deus, pro tanto munere magnas
Æternum ferimus grates, cœloque ſupinas
Tendentes cum voce manus te in vota vocamus:
Sis bonus o felixque tuis, atque aurea noſtræ
Semina doctrinæ longos ſervata per annos
Ad ſeros clemens pergas proferre nepotes.
Semper apud memores nos tanti gratia facti
Stabit, & egreſſi terris, junctique cohorti
Cœlituum, vitæ per ſecla immenſa futuræ,
Aligeros inter juvenes & mille beatos,
Ore tibi ſancto fundemus cantica ſacra:
Gloria in excelſis Domino, ſit gloria Patri,
Gloria ſit Nato, ſancto cum Flamine in ævum.

II. TRISTIA eaque

I. *Funebria & lugubria.*

Oratio in Mortem DN. Salvatoris, A. 1685. Berolini ſub DN. M. WEBERO b. m. habita.

Plangite

PLangite nunc diri, nunc duri plangite montes;
Plange, decus cœli nobile, plange ſolum.
Rumpimini petræ lugendo : rumpor & ipſe,
Dum video lacrymas volvere ſaxa ſuas.
Sit luctus terris, quatiat lacrymoſus olympum
Clamor, & aſtra ſuo quæque dolore tremant.
Pone jubar nitidum, Sol, aurum pone ſuperbum;
Te melius, melius ſordida forma decet.
Lætitiæ nusquam locus, undique queſtibus eſto:
Sic lacrymæ riſum, gaudia planctus agat.
Lamentare ſimul, tundens præcordia palmis,
Lamentare, meum qui meletema probas.
Ingemina gemitus, fluitanti lumine ſenſim,
Moxque per attonitas imbre cadente genas.
Fallor? an incipiunt duræ molleſcere rupes?
Victaque mutati conſtitit unda maris?
Quo trepidas aures, quocunque nigrantia verto
Lumina, ſunt lacrymis omnia plena piis.
Et mea jamdudum gelidus pavor occupat oſſa,
Vivoque, ſed vitæ neſcius ipſe meæ.
O utinam fierem converſo nomine Byblis,
Prorueretque meus divite fonte dolor!
Hei mihi! quam vitreæ Thetidos nunc expeto fata,
Aut, Aci, formæ ſortis & eſſe tuæ!
Interea creſcit latitans ſub pectore vulnus,
Dumque fleo, fletus ſemina ſpargo novi.
Fluctus ut inſequitur fluctum, ſic horror & humor
Nunc me juncta manent, nunc variantque vices.

Vos tamen, o volucres, aliqua me parte levate:
Veſtra cohors triſtes accinat ore modos.
Ver vobis habeatur hyems, & gaudia luctus,
Cùm violæ Chriſti livida ſigna gerant.
Ingemat aëria reſpondens turtur ab ulmo,
Infelixque ſimul triſte retractet avis* *i. e. Itys.*
Ipſe Deus moritur, moritur de ſtipite ligni
Pendens, (deficio) deficit ipſe Deus.
Mors vitam ſuperat, cujus ſpiramine ſolo
Vivit homo, vivit, quicquid in orbe vides.
Truncus habet Dominum, quem vaſti climata mundi
Non capiunt: eheu quam gravis ille dolor!
In cruce ſuffixus probroſa Conditor altus;
O ſcelus! o omni poſteritate nefas!
Si ſtellæ cœlo cecidiſſent, nubibus ignes,
Non ea tam graviter flenda ruina foret.
Occidit aſtrorum decus, & flammantia linquit
Sidera, quo nutat deficiente polus.
Luna quid expectas? pallentes indue vultus,
Obfuſcet radios nox tenebroſa tuos.
Caligant oculi: præſentem pectore mortem
Sentio: ſtant lacrymis turgida labra novis.
Reddit humus flores: & flos Jeſſæus obibit?
Floreſcunt vites; ſed mea *vitis* ubi? *h. e. Jeſus*
Quid mihi terra virens? quid formoſiſſimus annus? *Joh.*
Delicium' noſtræ, Jeſule, mentis abes. *XV. 1.*
Dulcis Amice, veni, mœſto ſolatia cordi:
Te ſine diſpereo; dulcis Amice, veni.

Sed mea vana volant tenues lamenta per auras,
Teque (miſer queritor) ſæva retraxit humus.
Da veniam, Jeſu, recitanti flebile carmen,
Flebile carmen erit, donec, Amice, redis.
Syrmata quid proſunt? hilares averſor Jambos,
Vix elegos habuit vena miſella leves.
Non lyra, non plectrum reſonet, non barbytus ulla,
Non deſideriis ſerviet hora meis.
Organa clauduntor, pendeto fiſtula pinu:
Triſtitiæ ſtudium nænia ſacra jubet.
Sint aliis epulæ, ſint vinaque dulcia curæ;
Me potius Chriſti tangit & angit amor.
Pocula ſi quæro, ſunt illi plena doloris
Pocula, cum gemitu quæ meminiſſe juvat.
Disſolvi cupio, ſi corpore ſolvor Jeſu,
Hic mihi vivus amor, mortuus ignis erit.
Filius ipſe Dei, Patris cœleſtis imago
Occumbit letho: cur mihi vita placet?
Non eſt nudus homo; Deus eſt, quem tanta fatigat
Pœnarum moles ſuppliciique furor.
Ille Deus, forti qui condidit omnia verbo,
Quæ natura ſuo continet ampla ſinu,
Qui fovet immenſi ſtellata volumina cœli:
Hic labat, & vires ſentit abiſſe ſuas.
Chriſte, Patris ſummi ſoboles, dulcisſime Frater,
Da merita nomen tollere laude tuum.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius eſſet,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent;

Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exſuperante meas.
Aſtra tibi Sophoclem ſe ſiſtant, æquora Varum,
Orbis erit Cecrops, Tullius omne genus.
Inter aves Orpheus eſto Philomela canora,
Vocalemque ſuo pro grege Pana dabo.
Gramina te laudent cœli lætantia rore;
Te mare, te tellus, te celebrabit humus.
Quam tua mirando divina potentia nutu
Cernitur in mediis auxiliata malis!
Hector erit mulier, minor & dicendus Achilles,
Tu mihi robuſto Samſone major eris.
Herculei potior pars non credenda laboris;
Ponitur in factis fabula nulla tuis.
Non tibi principium, non terminus, Arbiter ævi,
Cum repetant ortus cetera cuncta ſuos.
O quam te memorem, cœleſtis gloria Patris!
Sufficiunt laudi ſecula nulla tuæ.
Nunc tamen heu! moreris: vah lamentabile ſignum!
In nihilum recident terra polusque ſuum.
Si licet exemplis in magno vilibus uti,
Hac facie, demto Cæſare, Roma fuit.
Ipſi jam montes trepidant, terræque dehiſcunt,
Illacrymant fatis corpora quæque tuis.
Terra ſuum Regem deſiderat, aſtraque Phœbum:
Luna flet auctorem, Sol Dominumque ſuum,
Nec mea disſimiles exercent pectora curæ,
Extincto dulci Fratre Deoque meo.

Multa Viri virtus animo, multusque recuſat
 Oris honos, linguæ cum gravitate lepos.
Dividor haud aliter, quam ſi mea membra relinquam,
 Et pars abrumpi corpore viſa meo.
Quam formoſus erat, quam toto lacteus ore
 Jeſulus! hic certè melleus omnis erat.
Sicuti vere novo miraris lilia picta:
 Suevit odoriferæ qui color eſſe roſæ.
Certabant oculi gemmis, auroque capilli:
 Brachia ſplendenti candidiora nive.
Corpus erat Chriſti pulchrum. mens ſemper amica,
 Labraque dulci loquis, at ſine fraude, jocis.
Veſpaſianus erat, meliori ſorte beandus:
 Numen erat factis, nomen amoris erat.
Adde quod excellens divinis artibus illi
 Ingenium multa non ſine laude fuit.
Clara quidem ſemper Salomonis fama manebit,
 Qua ſapiens Regum non magis alter erat;
Vicit eum, vicit præſtans ſapientia Chriſti
 Judicii mira dexteritate ſui.
At nunc infami pendent ea gaudia ligno,
 Dimidiumque mei pectoris arbor habet.
Immeritus colaphos perfert & probra nefanda:
 Hinc horror miſerum vulnerat, inde dolor.
Contundit fortem patientia longa malorum,
 Et pars antiqui nulla vigoris adeſt.
Quid referam? cunctis exæſtuat artubus ater
 Sanguis, & immenſo gurgite pulſat humum

Non

Non aliter, ruptis quam cum fornacibus Ætna
 Flammarum ſpargit proxima quæque globis.
Ter cœlum lacrymis onerat, ter ſupplice mœſtus
 Creditur ad Patrem vota dediſſe pede.
Scire Dei caſus ſiquis deſiderat omnes,
 Plus quam, quod fieri res ſinit, ille petit.
Tot mala ſuſtinuit, quot in æthere ſidera lucent,
 Parvaque quot ſiccus corpora pulvis habet:
Multaque credibili paſſus majora, ratamque,
 Quamvis acciderint, non habitura fidem.
Pars etiam quædam rauco moriatur in ore,
 Meque velim poſſit diſſimulante tegi.
Exſpirat tandem fato ſat preſſus acerbo,
 Qui mihi, dum vivo, cauſa doloris erit.
O mihi ſi præſens hanc vitam clauderet hora,
 Luctibus & fierent grata ſepulchra meis!
Sed quorſum? lacrymis nunc ipſe reluctor obortis,
 Quando dedi victas utilitate manus.
Principio morbi non raro finis habetur:
 Sæpe juvant eadem, quæ nocuiſſe putes:
Gratior eſt ipſo naſcens fortuna periclo:
 Gaudia, ſi veniunt, unde dolenda, placent.
Sic mihi per vulnus melior medicina paratur
 Vulneris, & relevat, quod cruciavit, idem.
Mens, gratare tibi de tanto fonte ſalutis;
 Inſunt triſtitiæ plurima læta tuæ.
Interdum mediis in tempeſtatibus orta
 Permutat rabidos mitior aura notos;

Et

Et tua quid, Jeſu, mortalis fata dolemus?
Hinc nobis requies, non aliunde, venit.
Singula, quæ noſtri Servator paſſus amore,
In noſtrum voluit ſuſtinuiſſe bonum.
Non illum fruſtra tanti preſſere dolores:
Debuit humanum ſic ſupereſſe genus.
Pro patria cecidit generoſo pectore Codrus:
Solamen Romæ Curtius acer erat;
At nobis moriens horrenda morte medetur
Numen, in aſſumto corpore verus homo.
Ægypto quondam Moſes eduxit Hebræos;
Nos orci tenebris eripit ipſe Deus.
Nunc igitur lacrymis miſcentur gaudia noſtris,
Mortales, luctum lætitiæque fugant.
Quid melius vita? vitam tu, Chriſte, beatam
Reſtituis mundo, reſtituisque mihi.
Felices nimium, quibus hæc conceſsit olympus
Munera, non ullis æquiparanda bonis!
Sorte bona fruimur, meliori ſorte fruemur
Scandentes rutili tecta beata poli:
Hic lætetur homo, quod Chriſti morte redemtus;
Illic æternum carpet amica bona.
Quid lugebit homo, cui ſic fortuna benignam
Se præbet? tanto majus amore nihil.
Finge tibi dubiis adſtantem rebus Achaten;
Jeſus immota perſtitit usque fide.
Ecce cicatrices illius pharmaca noſtra!
Illius opprobrio crimina noſtra jacent.

Crux decori nobis ceſsit, tormenta ſaluti,
Milleque donarunt vulnera quinque bona.
Deficeret tempus meditantem ſingula Flaccum,
Meque nimis pauper Muſa ſilere jubet;
Si modo fas tantum non efflorescere ſcriptis
Nomen, quod terris firma columna fuit.
Styx fera, peſtiferum nunc fruſtra pande barathrum:
Non tibi de nobis præda petita venit.
Ludatur Satanas peſtem molitus in anem;
Victori Chriſto cede, Tyranne ferox.
Expugnata jacent horrenda palatia Ditis;
In cœlum recto calle meabis, homo.
Semita monſtratur pretioſo Sanguine Chriſti:
Hunc animæ comitem comparat alma fides.
Quis tandem miſer eſt? confidat paupere Chriſto:
Sic venient votis tempora certa ſuis.
Interit hic mundus; felix, quicunque futura
Contentus vitâ non fugitiva petit.
Quisquilias odi, quas vanus jactitat orbis;
Suſpicio patriæ ſplendida dona meæ.
O fortunatos, qui mecum talia quærunt,
Qualia tu nobis gaudia, Chriſte, paras.
Vos ego nunc moneo, quotquot dirisſima Jeſu
Funera præfractos præteriiſſe juvat.
Vortimini retro divini Flaminis aura,
Et partem culpæ cernite quisque gravis.
Converſi retro crudelem linquite peſtem,
Quæ Chriſto nimium ſarcina dura fuit.

Contra lætantes cœleſti fonte ſalutis
Dicite lætitiis hoc ſuper orbe vale.
Terra feret ſtellas, cœlum findetur aratro,
Unda prius flammas gignet & ignis aquas;
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt,
Parsque ſuum mundi nulla tenebit iter:
Impia quam noſtris animis oblivia Chriſti
Surgent, quamque mihi mutuus ibit amor.
Non ego te genitum placido genitore putabo,
Qui Jeſum, Jeſum dememiniſſe potes,
Sed ſcopulis Ponti, quos barbara posſidet ora,
Inque feris Scythiæ Sarmaticisque jugis:
Et tua ſunt ſilicis circum præcordia venæ,
Et rigidum ferri ſemina pectus habet:
Quæque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.
Utere deliciis mundi, venturaque temne
Secula; væ tandem, væ ſcelerate, tibi!
Tempus adeſt, nobis quo ſancti pasſio Chriſti
Sacra manet veterum relligione Virum.
Ite voluptatum ſervum genus, ite profani:
Gaudia jam quanto ſunt meliora piis!
Chriſte Deus, miſeros hominum miſerate labores,
Tu lapſa nobis facte ſalute ſalus.
Quanta tibi noſtræ debetur gratia vitæ!
Nec ſera pietas excidat iſta die.
Hei mihi, non magnas quod habent mea carmina vires,
Noſtraque ſunt meritis ora minora tuis!

Hoc

Hoc tibi promitto: plectro meliore caneris,
Si venient linguæ munera plura meæ.
Interea de te ſemper meminiſſe juvabit,
Et tua mors nunquam non meditanda mihi.
Quæ quoties ſpectas, ſolito dignare favore,
Meque tuum placido ſemper amore bea.
Tu mihi gratus eris, dum ſpiritus ipſe manebit:
Hic & in æternum tu mihi gratus eris.

In mortem Conjugis DN. GRUNEBERGII, Francof. ad Viadr. Profeſſor. Mathematum, Deſideratisſimæ, Filiæ celeberrimi VORSTII.

Alterius nomine.

VORSTIA decedit dignisſima vivere longum,
Seu vitæ ſpectes, ſeu genitale decus.
Filia de magno ſiquidem prognata Parente
Expresſit generis lucida ſigna ſui,
Progenies cœli, ſpeculum virtutis avitæ,
Fœminei ſexus intemeratus honor.
Illa fuit, Claro quæ poſtquam juncta Marito
Hic primum tetigit Nympha venuſta ſolum,
Seſe multiplici commendans ipſa decòre
Gaudia ſpondebat continuanda Viro.
Nunc eheu! tumulo thalamum commutat, & eſſe
Te, Fautor, ſolum, te viduumque, facit.
Hinc luges meritò, ſimul & mea pectora mœrent,
Leſſus flebilibus dum ſtrepit inde modis,

Sed

Sed ſupereſt tanto dulcis medicina dolori:
Non omnis cecidit VORSTIA morte tua.
Vivit & æternum retinet per ſecula nomen,
VORSTIUS ingenio dum celebratus erit.
Et cum ſumma dies orbis cœlique ruinam
Afferet, amplexus reppetet illa tuos.

In Obitum Matronæ Nobiliſsimæ, DN. ANNÆ REBECCÆ natæ de RHETZ, Generoſiſſ. DOMINI, DN. de REXIN, Capitanei Elector. Brandenburg. Viduæ.

Alieno loco.

Fida comes Chriſti Rexinia nobilis eſſe
Ut ſtuduit, manſit ſic quoque fida comes.
Vivere cum Chriſto, Chriſto moriente volebat
Ipſa mori: Votum fata ſecuta pium.
Sed quando Chriſtus tenebroſi clauſtra ſepulchri
Perrupit, comitem qui retinebit humus?
Vivet, quin vivit jam Sponſo reddita Sponſa:
Nam Chriſto capiti membra ligata manent.

In Funus Nobiliſſ. DN. CATHAR. WESENFELDIÆ, DN. TID. HENR. à LITH Francof. ad Viadr. Profeſſ. Eloqu. Ordin. Conjugis.

Pro alio.

Ach ſchnöder Unbeſtand! Muß denn in zarter Blüte
Die Roſe ſo vergehn / und kriechen in das Grab?

Verbirgt der Himmel gantz die Strahlen ſeiner Güte/
Daß noch vor Sommers Zeit die Blumen fallen ab?
Vor war dis wehrte Hauß ein luſtig Feld zu nennen/
Da aller Anmuhts-Schein uns in die Augen fiel/
Wer konte dazumahl das Unglücks-Wetter kennen/
So dieſer Lieblichkeit geſetzt ein kurtzes Ziel?
So trotzt der Liljen Pracht heut Perlen/Gold und Seiden/
Und eh der Abend kömpt/ fällt ſolcher Schmuck dahin.
Wir Menſchen meinen offt zu gehn in lauter Freuden/
Bald weiſet Ach und Weh ein anders unſerm Sinn.
Doch iſt / Betrübter / Ihm ſein halbes Hertz entriſſen/
Und quälet ſein Gemüht der unverhoffte Tod/
So dienet ihm zum Troſt / daß GOttes Hand wird wiſſen
Der Frommen beſtes Glück auch mitten in der Noht.
Es lebt die Seelige da / wo vorhin entſproſſen
Ihr mehr als edler Geiſt / Sie trägt die Ehren-Cron!
Wol / wer ſo Pfingſten hält mit Himmels-Luſt umſchloſſen/
Und bringt ein treues Hertz vor ſeines Schöpffers Trohn!

In easdem Exequias per me alius:

Eheu quid orbis vaſtus habet boni!
Quicunque terræ munere veſcimur,
Spes inter anguſtas & ægrum
Volvimur o miſeri timorem.
Eſt, ut procellis jacta furentibus
Hinc inde navis, terrigenum genus:
Illam feri ſorbere fluctus,
Hoc ſociata pericla mille
Tentant. Et eheu nil homini datum
Audere contra, ſive ſit infima
De gente, ſeu pompoſiores
Poſſideat titulos honorum.

Com-

Communis angit naufragii timor
Omnes, in unam qui coëunt ratem:
Nam ſegregantur fine nullo
Vulgꝰ iners, Dominique mundi.
O quam doloſus ſub pedibus cinis,
Quos terra duris conditionibus
Sortita convivas, avara
Sanguinis exitiique noſtri!
Non Muſa tantos ingeminet mea
Hac luce queſtus, ni querimoniis
Lugubribus, fletuque triſti
Perſtreperent veneranda tecta:
Te, *Magne Fautor*, dum ſpoliat tori
Conſorte dulci mors nimium cita,
Dum flebili te voce Phœbi
Proſequitur viduum caterva.
Condis ſepulchro dimidium tui
Cordis, laborum quæ fuerat tibi
Gratum levamen, vita, lumen,
Flos Veneris, Charitumque templum.
Ergone virtus enthea, *Nobilis*
Matrona, nullam præcocibus moram
Afferre fatis, atque caro
Te retinere valet Marito?
Ergone mortis noxia ſpicula
Rupere pectus tam reverens boni,
Nec dotibus ſacris pepercit
Lethiferæ ſtrepitus ſagittæ?

Aſt

Aſt o beatam, quam repetit polus,
Ut digniori culmine ſplendeat
Cœleſte ſidus, jamque ſtellas
Exſuperet radiante vultu!
Nunc ſponſa Chriſto reddita pulchrius
Longe renidet; nunc Triadi Sacræ
Olim ſacratos reddit ignes,
Flammigero comitata cœtu.
Illic amantis munus amabilis
Præſtat redemptor dulcibus oſculis,
Et vere nunquam terminando
Exhilarat virides amores.

In eandem Mortem ipſe meo loco ſcripſi qualemcunque Inſcriptionem, quam tunc juvenili quâdam licentia *Mauſoleum* inſcripſi, & nunc his Poëticis exercitiis inſero, quod & Inſcriptiones ſuos amant veluti numeros & cancellos Poëticos.

Siſtite gradum, Mortales,
Viri pariter, ac Fœminæ,
Et, quinam ſint amores ſanctiſſimi & nullo ævo mutabiles,
Ex harum exuviarum honore diſcite.
Nimirum ſepulta hic quieſcit MATRONA INSIGNIS,
Quæ thalamo in tumulum mutato,
Cum amare deſineret,
Amare demum cœpit,

H. E.
Ad cœleſtes amplexus relictis terreſtribus properavit.
Fuit ILLA
CATHARINA WESENFELDIA
Dignorum Majorum Dignisſima Neptis,
Clari Conjugii Conſors Exoptatisſima,
Virtutibus plusquam fœminei ſexus hac in urbe conſpicua,
Gratiarum omnium Centrum,
Abſolutisſimæ pulchritudinis Theatrum,
Honeſtatis perfectisſimum Exemplar.
In venuſto corpore
Venuſtiores animæ dotes tanquam ſtellulæ fixæ radiarunt ſemper,
Ita, ut
Ipſum nomen
CATHARINÆ
tot ac tantis ominibus
Veræ Pietatis,
Fidæ Caſtitatis,
Morum probitatis,
Nunquam non laudabiliter expresſerit.
Mundo interfuit, ſed ſpiritu mundisſimo, id unum agens,
Ut mundum ſuum Deo illibatum conſervaret:
Vanitatem vidit, ſed ut videret tantum modo,
Conſtantibus inſtans bonis.
Dixiſſes
HANNAM ob vitæ ſanctimoniam & innocentiam,
SYBIL-

SYBILLAM propter divinorum myſteriorum inſignem notitiam. | SIBYL
Hinc
Ut Deo viveret, mundo mortua eſt & ſibi,
Satis docta, hos rivales non conſentire,
Niſi hoc uno, quod diſſentiant.
Ergo quocunque tandem generis ac fortunæ dignitas eam efferebat,
Illa tamen ſola Humilitate ſuperbivit ſatis,
Ut quæ regia in oculis Dei purpura,
Qui ſplendor Principe dignus,
Qui maſculæ & Chriſtianæ prudentiæ nervus:
Sic latebat atque lucebat eo ipſo, dum latebat.
Quid multa?
Soli nitidisſimo parvulam lucernam viderer appoſiturus,
Si tam obſcura eloquentiæ luce clarisſimas defunctæ laudes
Illuſtrari poſſe autumarem,
Sufficit præterea laudabilem fuiſſe, etſi meritorum
Digno præcone careas.
Sed tamen
Loquitur jam pro me relicti Filii egregia prorſus
Et ſuper ætatem teneram ingenio evecta indoles,
Quæ nobilitatem ſeminis ſui jam tum exacte refert,
Et vincet aliquando, dum, quod ex animo precor,
Melioribus utetur fatis.
Loquetur pro me tota poſteritas pietatis veræ æſtimatrix candida,
Quin

Loquentur hæc ipſa ſaxa & rudera.
Ite mortales,
Viri pariter & Fœminæ,
Conjuges & cœlibes,
Et quid Unum Neceſſarium ſit in Vita, in Morte,
Matura ætate animis combibite.
Denata Chriſtum dilexit, Chriſtum reſpexit, Chriſto placere ſtuduit,
Ita quidem,
Ut nec nidus nec nodus matrimonialis ſanctam hanc copulam diſſolverit.
Trahat & vos eadem acus Magnetica ad Polum cœleſtem,
Ne olim Neonympho veſtro diſpliceatis.
Ubi theſaurus veſter, ibi animam figite;
Ubi Paranymphum habetis Spiritum ſanctum,
Ibi ſolum & ſolide gaudete.
Verbo:
Exemplo WESENFELDIÆ Heliotropium imitamini,
Et terrenas quiſquilias ſancto pectore exoſi,
Caſtiſſimo in ore hoc unicum habete:
Semper ad ortum.

In præmaturum Obitum Juvenis bonæ ſpei, *Chriſtiani Martini* Richters / Berlin. March.

Aliorum nomine.

SIccine te medio nobis ſubducere florem
Vere poteſt ſævis horrida Parca modis?
Siccine non ſuaves porro miſcebis odores
Phœbigenas inter? triſtia fata vetant.
Triſtia fata vetant, quæ primo flore juventam
Sub terras rapiunt heu rabioſa nimis.
Qualis, ubi rores cœli depaſcitur ignis,
Opprimit & flores arida ſæpe ſitis.
Sed flos ecce novus cœli floreſcis in horto,
Non decus abripiet quod Libitina tibi.

Alius per me in eadem fata.

EXtinctum doleo crudeli funere amicum,
Quem paribus ſtudiis junxerat hicce locus.
Lugeo; ſed lacrymæ mihi ne volvantur inanes,
Admonet ætherii lætitia alma poli.
Hic illi requiem, certum finemque laborum
Oſtendi fatis fata benigna volunt.
Ante fuit virtute ſenex juvenilibus annis;
Nunc juvenis decorat laurea laude ſenem.

Nobiliſſ. In mortem JOHANNÆ CHRISTIANÆ GRÆVIÆ, *Patris ex Senatorio ordine Lipſienſi Filiæ Virginis.*

Alterius nomine.

SO machte der blaſſe Tod nun Angſt und Trähnen-Fluhten /
Da vorm ehls Freud und Luſt mit reichen Strömen floß /
Und wo das Glück ſonſt war ein ſteter Spiel Genoß /
Da ſollen unverhofft nun Hertz und Augen bluhten!
Die Tochter lieget da erblaſſet gantz danieder /
O Anblick voller Noht! die Tochter / ſo vor hin

Durch From- und Schöne-ſeyn erfreut der Eltern Sinn/
Derſelben ſingt man/ Ach! jetzt die Begräbniß-Lieder!
Wer wolte denn hierbey nicht laſſen Trähnen flieſſen?
Es weint das gantze Hauß mit Wehmuht angefüllt/
Man findt faſt keinen Troſt/ der ſolchen Jammer ſtillt/
Man wil die kalte Grufft mit Zähren gar begieſſen.
Allein/ Hochwehrteſte/ gebt euch in GOttes Willen/
Es lebt die Seelige ſchon in dem Freuden-Port/
Hier war ſie wol geziert/ noch ſchöner iſt ſie dort/
Diß mag euch ja forthin all euer Klagen ſtillen.
Und/ o ein ſchöner Troſt/ kommt ihr einſt in das Leben/
Da man nichts ewiglich beſeufftzet noch beklagt/
Daß ihr denn Freuden-voll zu eurem Schöpffer ſagt:
Hier ſind wir und das Pfaud/ ſo du uns haſt gegeben.

In illius Beatæ ſororem Virginem, paucis diebus poſt pariter exſpirantem, Duo pro aliis ſcripta Carmina.

I.

WIl denn Egyptens Nacht diß Hauß nun gantz bedecken?
Sol ſchwartze Finſterniß ſtets Geiſt und Sinne ſchrecken?
Scheint keine Sonne mehr? iſt hier kein Stern und Licht?
Ach Schmertz! ach groſſer Schmertz! da man noch ſchwimmt in Trähnen/
Setzt ſchon ein neues Leid das Hertz in Angſt und Stöhnen/
Daß es für groſſem Weh zergehet und zerbricht.
Erſt neulich ward ins Grab das edle Pfand geſetzet/
Woran ſie/ Wehrteſte/ ſich vormahls höchſt ergetzet/
Was Zähren muſten da der Liebe Zeugen ſeyn?
Was Trähnen ſahe man aus ihren Augen quillen/
Sie ~~wolten~~ Backen ab/ ſind auch noch nicht zu ſtillen/ |rollten
Noch gleichwol bleibet es bey dieſem nicht allein.
O Unglückſelige/ die ſo der Himmel kräncket/
Und mit zwiefachen Maaß der bittern Myrrhen träncket!

Angſt/ Kummer/ Ungelück umſchräncken ihren Sinn/
Sie werden lebendig in Hertzeleid vergraben/
Es wil nur Ungemach allhier die Wohnſtät haben/
Es reiſt der bleiche Tod all ihre Luſt dahin.
Nicht Wunder iſt es/ daß Euch Geiſt und Krafft vergehet/
Da ihr das beſte Theil der Freuden nicht mehr ſehet/
Ein ſchöner Stern iſt hin/ das andre Licht geht aus/
Gieng denn die erſte Wund nicht tief genug ins Hertze/
Daß auf die ſchwache Bruſt gleich fällt ein ander Schmertze?
Heiſt dieſes Hauß denn nun ein ſtetes Klage-Hauß?
Ich/ Hochbetrübte/ mag mich gantz unglücklich ſchätzen/
Da ich muß abermahl den Kiel in Trähnen netzen/
Und meine Feder mehr mit Blut als Dinte ſchreibt.
Es wünſchte meine Pflicht ein Freuden-Lied zu bringen/
So mnß ich abermahl mit euch ein Klag-Lied ſingen/
Dawider faſt kein Troſt und Labſal übrig bleibt.
Daß das Verhängniß euch vor Zucker Wermuht giebet/
Da diß der Tod hinnimmt/ was ihr ſo ſehr geliebet/
Iſt dieſes enge Blat mit Seufftzen angefüllt:
Es wil ein jedes Wort von eurem Jammer ſagen/
Es wil mit lauter Ach antworten euren Klagen/
Ach! ach! und dieſe Schrifft muß ſeyn in Flohr verhüllt.
Allein/ Geehrteſte/ was helffen Klage-Lieder/
Die den verlohrnen Schatz nicht mögen bringen wieder?
Kömpts doch von lieber Hand/ was euch voll Kummers macht:
GOtt/ der diß ſchöne Paar der Töchter hat gegeben/
Der nimmt ſie wieder weg aus dieſem Jammer-Leben/
Der Himmel hat ſie ſchon vollkommen gnug geacht.
Iſt ſchon die Jüngſte jetzt der Altſten gleich geſtorben/
So gläubet/ daß ſie auch ſo wenig ſey verdorben/
Es geht die reine Seel hinauf zum Sterù-Revier.
Da ſol diß Sternen Paar verſchwiſtert ewig ſtehen/
Und ob der Sonnen Licht wird einſten gar vergehen/
Sol doch diß Wander-Licht behalten ſeine Zier.

II.

WAs iſt die Jammer-Welt? ein ungeheure Wůſte/
Da Schrecken/ Furcht und Angſt die bleiche Wohnſtät hält/
Ein Zeughauß voller Leid/ ein Schau-Platz und Gerůſte/
So nichts als Sterblichkeit uns für die Augen ſtellt;
Ein ungeſtůmes Meer/ da ſo viel wilde Wellen/
Da Wind und Wetter auf das Schiflein ſtůrmen zu/
Da unſer Leben ſchwebt in tauſend Unglůcks-Fällen/
Und die bedrångte Seel findt weder Raſt noch Ruh.
Es folgt hier eine Fluht im Augenblick der andern/
Kaum iſt ein Sturm fůrbey/ gleich geht ein neuer an/
Wer mag auf dieſer See mit trocknen Augen wandern?
Wem fehlt der Trähnen-Bach auf dieſer Trauer Bahn?
So/ leider! läßt diß Hauß ſchon wieder Trähnen flieſſen/
Da noch die erſte Fluht nicht iſt verlauffen gar/
Man ſieht/ wie überall die Augen ſich ergieſſen/
So nach dem Weinen noch nicht ſind gantz worden klar.
Ach/ Hochbetrůbteſte/ mit was vor Klag-Gedichten
Wird diß gedoppelt Leid genugſam ausgedrůckt?
Es heiſt mich zwar die Pflicht ein Pflaſter zuzurichten/
Daß ſich zu eurem Troſt und Hertzerquickung ſchickt;
So aber bin ich ſelbſt gantz auſſer mich geſetzet/
Und eure Wunde macht mir ſincken Muht und Hand/
Der Schmertzen/ ſo euch kråunckt/ der hat auch mich verletzet/
Wie ſetzt der Himmel euch in ſolchen Trauer-Stand!
Es ward ja gnug geweint/ als vor ſo wenig Tagen
Euch durch der Tochter Tod die Sonne untergieng/
Als die entſeelet ward zur Ruhe-Ståt getragen/
An deren Tugend-Geiſt das Hertz der Eltern hieng.
Doch muß man unverhofft den Klage-Tohn auch hören/
Daß mit der Aelteſten die Jüngſte geht ins Grab/
Es wil der blaſſe Tod nun alle Freuden ſtöhren/
Es fallen vor der Zeit hier alle Bluhmen ab.
Mich däucht/ des Vaters Hertz zergeht und wird zerriſſen/
Und wil kein Troſtes-Wort mehr zu ſich laſſen ein/
Weil

Weil er ſein letztes Kind forthin auch muß vermiſſen/
Die des Geſchlechtes Såul' und Zierde ſolte ſeyn.
Allein/ Hochwehrteſte/ liebt Maaß in dieſem Trauren:
GOtt/ der euch hat verwundt/ der iſts/ der euch auch heilt/
Ein doppelt Liebes-Pfand habt ihr zwar zu bedauren/
Doch denckt/ daß GOtt damit aus dieſer Welt geeilt.
Wer denn zwo Töchter hat zu GOtt voran geſchicket/
Des Ruhm-Geſchlechte blůht dort in der Ewigkeit:
Wol dem/ der einſten da die Seinigen erblicket/
Des Saame führt die Cron/ und ſtirbt zu keiner Zeit.

2. *Objurgatoria.*

Præceptor in diſcipulum ex caſtris Minervæ ad caſtra Bellonæ tranſiturum graviter invehitur.

Scribebam ſub laudando iterum Dn. M. SAM. Rodigaſt/ שלוטא

SIccine, ceu rauco nobis cita murmure fama
Detulit, inſano Martis amore furis?
Siccine Palladiis addictas cantibus aures
Vertere Bellonæ vox maleſuada poteſt?
Ilicet. Aſt hominum ſperqs volitare per ora,
Arma ferens, toto ſemper & orbe cani?
Quin potius ſcelere ante alios immanior omnes
Infami paſſim nomine turpis eris.
Tu genus omne mali demens, tu cuncta patrabis
Crimina, perniciem mox paritura tibi.
Bella quidem ſuadet belli patientior ætas;
Sed genio evenient deteriora tuo.

 Nullus

Nullus eris tantos renuens perferre labores,
Et Zephyris Boream jungere, nullus eris.
Si non pauperiem terræque cubilia calles
Dura pati, tenuis te comitatur honos,
Non te deliciæ, non munditiæque ſequentur;
Militiæ pulvis fercula prima manent.
Hos inter Caſus, hæc inter præmia miles
Cogitur invitas vertere in arma manus.
Vultu, non animo divina mente Parentem
Sic ne refers ſtudiis contemerate malis?
Ille tibi fato jam proximus omnia ceſſit,
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
Illa tibi proprio reſtant ſudore paranda:
Virtutis multo læta labore via.
Non jacet in molli famæ præſtantia lecto:
Nulli per ventos aſſa columba venit.
Sed tibi ſcripta ſatis. Mihi ſi parere recuſas,
Diſpereas cœca, non veto, mente tua.

MANTISSA.

Eteoſticha In Annum C. 1683.

1. FVſa IVVante poLo DVrI sVnt agMIna tVrCæ.
2. EXtraXIt DIrIs nos MItIs IoVa perICLIs.
3. DIsCIpVLVs sIt qVIsqVe In terrIS sItqVe MagIſter.

In

In eundem annum ſupra repetito
Carmini ſupplici ſubſcribebam:

Anno, menſe, die, ſubſcripta ut linea dicet:
AVgVſtI InVeXIt reMeans aVrora CaLenDas.

In annum 1684. ad Amicum quendam promotum:

1. AVrea sIC feLIX sVMas eXorDIa honorIs.
2. DVX patrII sVrgIs granDe DeCVsqVe soLI.

In eundem Annum.

1. EX anIMo VoVeo DVLCIa qVæqVe tIbI.
2. QVI bIsſeXtILIs CVrrens noVVs orbe reDeMto.
3. MVsa rVDIs Lætans CanIt, Vt reor, aVrIbVs æqVIS.
4. EXhILarat trIſtes MVsICa DeXtra VIros.
5. ProDVCtVs parVIs ſpatIIs VoLVetVr In orbeM. ſc. Annus.
6. QVI reDIt eX Voto, & pLVrIMa Cara VehIt,
7. ArIDa teMpeſtas CereaLes eXVIt agros FrVgIbVs, & Vanas area habebIt opes.
8. EX DVrIs CreVIt VenetorVM gLorIa fatIs.
9. EX DVrIs sVrgIt VenetorVM gLorIa faCtIs.
10. EX aLto IVſtIs beneDICat reX bonVs arMIs.

In

In Annum 1685.

1. TeVtonIs eXItIVM renoVat CrVDeLIor hoſtIs.

2. AVrea paX DVret! LabatVr TVrCa, preMatVr!

In annum 1691.

OrDIne retrograDo qVI DenVò sIſtItVr Ipſe,
EXaCteqVe poteſt ante retroqVe LegI. *
** verte chartam ſ. paginam.*

LIBELLI POETICI
PARS II.

Continens

CARMINA VIRILIS ÆTATIS,
eaque I. LÆTA, *quæ ſunt*
A. EUCHARISTICO-VOTIVA.

1. Clauſula ORATIONIS MEÆ INAUGURALIS, quâ A. C. 1690. d. 28. Auguſt. Subconrectoratum in Gymn. Berolin. auſpicabar.

CArmine Te primum veneror, cui ſumma poteſtas, *1. ad DEum O. M.*
Cujus ſtant magno numine cuncta, DEUS,
Ducere tu ſolitus fato auſpiciisque ſtupendis
Exercere, placet quomodocunque, tuos,
Et me duxiſti vario, Pater Optime, nutu,
Uſibus at ſemper conveniente meis.

In Annum 1685.

1. TeVtonIs eXItIVM renoVat CrVDeLIor hoſtIs.
2. AVrea paX DVret! LabatVr TVrCa, preMatVr!

In annum 1691.

OrDIne retrograDo qVI DenVò sIſtItVr Ipſe,
EXaCteqVe poteſt ante retroqVe LegI. *

* verte chartam ſ. paginam.

LIBELLI POETICI
PARS II.

Continens

CARMINA VIRILIS ÆTATIS,
eaque I. LÆTA, *quæ ſunt*
A. EUCHARISTICO-VOTIVA.

1. Clauſula ORATIONIS MEÆ INAUGURALIS, quâ A. C. 1690. d. 28. Auguſt. Subconrectoratum in Gymn. Berolin. auſpicabar.

CArmine Te primum veneror, cui ſumma poteſtas, *1. ad DEum O. M.*
Cujus ſtant magno numine cuncta, DEUS,
Ducere tu ſolitus fato auſpiciisque ſtupendis
Exercere, placet quomodocunque, tuos,
Et me duxiſti vario, Pater Optime, nutu,
Uſibus at ſemper conveniente meis.

Quas tibi pro meritis potero perſolvere grates?
Non vires, fateor, non mihi vena datur.
Singula complecti tua munera verſibus opto,
Singula mens ſed enim vix meminiſſe valet.
Ingens eſt bonitas, linguæ facundia nulla;
Debilis attonito vox cadit, ora rigent.
Tu tenerum corpus formaſti matris in alvo,
Tu vitam, mater præbuit alma cibum.
Te duce vitales mox ſum progreſſus in auras,
Nec liquit tenuis mollia membra calor.
Poſt in Baptiſmo mihi Chriſti ſanguine loto
Connatæ culpæ fœda remiſſa lues,
Inſcriptusque libro vitæ ſum portio factus
Cœtus, qui ſcandit tecta beata poli.
Nec ſatis eſt animæ cæleſtia dona dediſſe:
Sunt aliæ dotes, quas tacuiſſe nefas.
Tu mihi ſollicitos largitus, Jova, Parentes,
Queis puer a teneris unica cura fui,
Qui prece, qui lacrymis monitisque inſtare ſolebant:
Surge, puer, propera, te ſchola noſtra vocat:
Diſce bonas artes, pietatis ſemina diſce,
Diſce bonos mores, diſce, ſequetur honos,
Spes nec fallebat: docilem, DEus optime, mentem
Donaſti ex votis ingeniumque mihi.
Non deerant docti patriæ ſtudiisque magiſtri;
Doctores fidos patria terra dabat.
His Ducibus primos feci pietatis & artis
Progreſſus, linguas hi docuere bonas.
His fundamentis poſitis, patriaque relicta,
Inque alias juſſus jam properare ſcholas,

Oquo-

O quoties ſenſi te, te, Pater alme, benignum,
Auxilio magno cinctus ubique tuo.
Tu me virtutis duxiſti tramite recto,
Auſpice te fugi præcipitesque vias.
Uſque meis junxit tua ſeſe gratia Muſis,
Nec ſtudium paſſa eſt ſine carere ſuo.
Jamque tuo ductu triviales linquere ludos,
Altius & ſenſim mens erat arte vehi.
Hanc ergo Auguſtam tua me ducebat in Urbem
Dextera, ducentem vixque ſecutus eram,
Splendida cum gaudens hæc illico templa ſubirem,
Urſiacæ ſacros Palladis atque focos.
Hic (ait illa) tibi doctrinæ campus apertus,
Hic artis variæ dulcia mella leges.
Legi, quod potui; potui ſed multa, Magiſtris
De cœlo Vobis quando beatus eram,
Quos jam præſentes iterum partemque tueri
Dum propius vivos incolumesque licet,
Pertentant merito tacitum pia gaudia pectus,
Atque retro geſtit mens meminiſſe mea,
Per Vos ut facilem cœlum pronamque pararit,
Ducerer ad Pindi qua juga celſa, viam,
Tum vero nimium votis obſtare volebat
Res anguſta domi pauperiesque gravis;
At tu quam ſapiens ea damna rependere noras,
Dives ab auxilio conſilioque DEus!
Tu Mæcenates, tu pectora larga dediſti,
Ferret ut afflicto quisque benignus opem.
BRENNONIS ipſius per te Clementia MAGNI
Præſidium miſero tum mihi grande fuit,

 Præ-

Præſidium, Viadri ſonuit quo proxima mecum
Ripa, quod in tumulum vox canet uſque mea.
Pliſſidos illuſtres hic à te miſſus Athenas,
Quam præſens vidi Numen, Jova, tuum!
At nunc ſpem præter (nam ſic tibi, ſumme Monarcha
Rebus in humanis ludere mira placet,)
Me Berlinenſis revocatum in Apollinis ædes,
Doctus ubi fueram, rite docere jubes.
Auſpiciis, Pater alme, tuis cupidisque Regentum
Conſultis jam nunc munus adibo novum.
Singula quid referam? non, linguæ ſi mihi centum,
Suſtineam laudes enumerare tuas.
Non meritis noſtris, propriæ nec viribus artis,
Soli debetur Gloria cuncta tibi.
Accipe, ſancte Parens, infirmæ carmina linguæ:
Ut deſint vires, velle placere ſolet.
Olim cœlicolas inter graviore cothurno
Utar, & angelicis te celebrabo modis.
Ipſe tamen, vivos dum ſpiritus hos reget artus,
Conſecro me totum devoveoque tibi.
Fac, DEUS, ulterius tanta bonitate fruiſcar,
Neu vultu temet ſubtrahe, quæſo, meo.
Da, mihi ſint porro Fautores atque Patroni,
Hic non ſperanti quos tua dextra dedit.
Da facilis mentem ſanam cum corpore ſano,
Fortiter ut poſſim munus obire grave.
Da robur menti, ne pulvere victa fatiſcat,
Sed ſcholici valeat ferre laboris onus.
Da patiens maneam vitæ molisque futuræ,
Cujus jam puerum me ſacer uſſit amor.

Da

Da mihi concordes Collegas atque ſequaces
Diſcipulos; abſint jurgia, murmur, Eris.
Da tu diſcenti ſucceſſus atque docenti,
Laudibus ut reſonet vox utriusque tuis.
Sic, DEUS, ex votis feliciter omnia cedent,
Sic tua quæretur gloria, noſtra ſalus.
Proxima jam pietas cœleſtia fertur in ora
BRENNORUM, Auguſtôs quos ſua fama vocat. *2. ad SERENISS. ELECT.*
Iſtos namque Deos hodie ſi Muſa ſileret,
Id mihi grande nefas eſſet in urbe DEUM.
Sed Tibi (quem DIVOS inter cognomine MAGNI
Illuſtrem pariter terra polusque ſtupent,
Sidera donarant quem nobis ſidus & Ipſum,
Sunt cui digna iterum ſidera facta Domus)
Quas, FRIDERICE, Tibi non fas eſt dicere grates,
Et nato MAGNO, qui Tua ſceptra tenet?
Numinibus Veſtris virtutum culmen adivi,
Curſus pauperie nil remorante meos.
Spiritus hic tenues prius evaneſcet in auras,
Oſſaque vitalis deſeret ante calor,
Quam ſubeant imos meritorum oblivia ſenſus,
Queis me devovit Gratia Veſtra ſibi.
O mihi grande ſonans tuba ſi conceſſa Maronis,
Pindariæ Cliûs vel data plectra forent!
Perſequerer Veſtras meditato carmine laudes,
Vos loquerer præeo Vos caneremque pius.
Iſta meas autem dum ſcandere ſentio vires,
Stemmate pro Veſtro vota precesque feram.

A 3 Creſ-

Creſcat avitus honos, o effloreſcat in annos
BRANDENBURGIACÆ Gloria Celſa Domus!
Illius æternum jactet jubar undique dius,
Altius & Phoebi lampade ſplendor eat!
Sint, FRIDERICE, Tibi MAGNI bona fata PARENTIS,
Dotibus hunc veluti mentis abunde refers.
Sis nobis SALOMON, quem ſpondes Nomine dulci,
Aſtrææ ſerves Euſebiesque decus!
Tu tandem (patriæ quæ ſunt ſuſpiria fida)
Gallorum Victor colla ſuperba premas,
Gallorumque fero referas madefacta cruore,
Ut DIVUS GENITOR ſueverat, arma pia.
Vive, PATER PATRIÆ, Muſarum Præſes & Atlas,
Vive polo PRINCEPS utilis atque ſolo.
Hiſce ſalutatas relinquo BRENNONIS arces,

3. ad Dominos PATRONOS.

Ad Vos Gymnaſii nunc redeoque Patres.
Hæc etenim lux eſt, PATRONI jure colendi,
Quæ Vobis grates perſoluiſſe jubet.
Nutibus huc venio veſtris adſumque vocatus,
Mittar ut à Vobis in ſacra rura ſcholæ;
Dicor & immiſſus. Vobis ita debeo primis,
Hic mihi quæ tribuit munera prima locus.
Tum de conſeſſu veſtro mihi grator honorem,
Præſentem placuit quo decorare diem.
Dicite, quas referam grates, cui dona ſuperſunt
Nulla, & difficilis Carmina Muſa negat?

Vos

Vos nolite tamen, PATRONI, temnere vota
Poſthac, dum vivam, non iteranda ſemel:
Det mentem validam ſolidasque in corpore vires,
Depellat morbos, quæque nocere queunt,
Det vitam vobis fauſtam vegetamque ſenectam,
Vos beet omnigena proſperitate DEUS!
Hic animis addat robur, quo vincere poſſint
Curas, quas ſuevit curia ferre graves,
Adſit conſiliis, res ut ſit publica ſalva,
Stet ſchola, ſtet templum ſartaque priva domus.
Faxit is, ut longos videatis Neſtoris annos,
Serius & tandem gaudia mille poli.
Vos modo, quod facitis, cœleſti mente favete
Artibus ingenuis, propoſitoque meo.
Tœdia multa manent Phœbæa elementa docentes,
Talis & Ætnæum ſparta minatur onus;
At ſi veſter amor mihi præſidiumque ſuperſit,
PATRONI, magnum, tædia nulla moror.
Quod ſperans hodie, quin & confiſus obibo
Munus, qua cura, qua poteroque fide,
Obſequium vobis gratamque per omnia mentem
Sancte pollicitus, dum memor ipſe mei.
Gratulor inde mihi, ſocium his divinitus addi.

4. ad Dominos COLLEGAS.

Spectatus quorum ſat favor ante mihi.
Ora virum veneror, qui me docuere Magiſtri
Virtutis ſtudio fervidiore viam,
Ingeniumque meum varia ſic arte rigarunt,
Serviat ut, veni doctior unde, Scholæ.

 Junctus

Junctus ero lateri poſthac, quod gaudeo, veſtro,
Vos omni propius jam pietate colam.
Credite, ſancta mihi vultus reverentia veſtri,
Sanctaque Doctorum nomina ſemper erunt.
Vivite felices, aſtris vos reddite ſero,
Enthea vis artis quos ſuper aſtra vehit.
Pro Te cumprimis precor, WEBERE, precabor,
Palladium O noſtræ Palladis atque Caput.
Tu mihi ſyſtatica ſedem modo voce paraſti,
Emoriar quondam Debitor uſque tuus.
Incolumis maneas Pylium ſervatus in ævum,
Aſpera non ullo tempore fata time!
Te pro canitie decoret vernantior ætas,
Gemmeus & juvenum flos, venerande ſenex;
Et tandem vitæ curſu feliciter acto
Sedibus in ſuperis digna brabea feras.
Alloquor extremum Vos o dulciſſima dulcis *5. ad*
Spes patriæ, cordis deliciumque mei. *Diſcentes.*
Vos inquam, mentes cœloque DEOque ſacratas,
In quas ſollicito ſemper amore ferar.
Diſcite mature, ſi mens contingere metam
Optatam, puro corde timere DEUM.
Nil pietate prius: pietas tutiſſima virtus,
Virtutum genitrix, omnis origo boni.
Poſt numen veſtros reverenter habete Parentes,
Quosque Patrum vobis vult DEus eſſe loco.
Eſt fallax mundus: facilis deſcenſus Averni,
Et datur ad vitium currere lata via,
Illis præſertim, quos membra decora juventæ
Gaudia vana jubent deliciasque ſequi.

At facilem monitis ſiquidem præbebitis aurem,
Plurima virtutis præmia ferre licet.
Præterea vobis commendo laboris amorem:
Nectar & ambroſiam, qui bene diſcit, habet.
Otia, queis vulgus maleſanum paſcitur, & quæ
Corrumpunt mentes ingeniumque terunt,
Otia vitetis moneo, ac conſortia prava;
Regnat, ubi regnant vina venusque, Satan.
At cum nil valeant veſtræ ſine Numine vires,
Sed potius ſtudii cura ſit omnis iners,
JEſus principium ſit vobis, finis JEſus,
Hunc mecum aſſidua ſollicitate prece.
Hic mentem vobis indat pietatis amantem,
Moratam, docilem morigeramque, precor.
Det Mæcenates etiam cupidosque Patronos,
In ſtudiis olim ne careatis ope.
Hæc voveo ex animo, Clemens DEUS, annue votis,
Et tuus à nobis rite canetur honos.
O Pater, o noſtræ tu ſpes DEus unica vitæ *6. ad*
Addas in votis quæ pius orbis habet. *DEUM.*
Se tibi commendat ſupplex Eccleſia, Turcæ
Quam Galli paſſim vult lacerare furor,
Opprime barbariem tu Vindex juſte Tyranni,
Neu ſine fama tui nominis alta cadat.
Reſpice, quæ ſacris moveantur legibus oræ:
His priſcus redeat, da, propriusque nitor.
PRINCIPIS hinc noſtri ſerva vitamque Domumque,
Qui portas aquilæ more, benigne, tuos.
Sit tranquilla diu, ſit feliciſſima, faxis,
Marchia, Berlini ſtet ſine fine decus.

Pax aulam teneat, claros concordia cives,
Curia conſiliis floreat uſque ſuis.
Diſcipulis pateant aures, Doctoribus ora,
Gymnaſium noſtrum ſit tua Sancta Sion,
Quam, Pater inſideas, foveat quam gratia cœli
Perpes, cœlorum machina donec erit.
Quod ſuper eſt, jubeor vobis exſolvere grates, *7. ad*
Dignati feſto quotquot adeſſe die. *Auditores.*
Splendent hæ noſtræ voſtris acceſſibus aræ,
Sæpiùs optantes hocce favore frui.
Macti, FAUTORES, hac mente focisque favete
Noſtris, nec quæſo ſpernite tecta ſcholæ.
Quanrumcunque valent noſtræ præſtare viciſſim
Vires id vobis permanet omne ſacrum.
Soſpitet interea vos & conſervet olympus
Florentes, validos incolumesque diu,
Illatos donec rutilis feliciter aſtris
Cœleſtis recreant aurea tecta ſcholæ.

2. *Carmen Evchariſtico-votivum*, quod An. Chr. 1691. d. 17. Aprilis Cum in Celeberr. Univerſit. Viadrina cum quinque aliis *Supremos in Philoſophia honores* acciperem, ex memoria dixi.

PRæſentis quando ſolennia feſta diei *1. ad DEUM.*
Uſibus ex priſcis me jam ſolennia poſcunt
Carmina, queis lætos hodiernæ lucis honores,
Mecum & quinque Viris conceſſa brabea celebret
Melpomene ſacro fervens pietatis ab igni:
Te merito primum veneror, cui ſumma poteſtas,
O Deus

O DEUS, auſpiciis cujus fatoque benigno
Conſtat, in humanis quicquid ſapientia rebus
Et cognata polo virtus effecerit unquam.
Vix almæ dederas Tu nobis munera vitæ;
Lucis & uſuram materno è carcere ductis,
Mox ubi criminibus mundati flumine ſacro
Exiimus, patrii ſperantes gaudia cœli
Ætheriasque domos placidæ per limina mortis.
O amor! o bonitas! o amoris fervida flamma!
Mille ſed hinc aliis in nos tua gratia ſignis
Emicuit, pectus divinis artibus aptum
Dum bonus & meliore luto præcordia Titan
Finxerat, in ſophiæ quæ ſplendida templa vocaret
Pallas, & Aonidum luſtrando florida Tempe,
Fœcunda ingenuo rationis redderet uſu.
Jam tum ſpes teneros hæc intra gliſcere ſenſus
Numine viſa tuo: fore, poſt exacta laborum
Ardua ut optatos caperemus denique fructus.
Nec fauſtis caruit mens ſic præſaga futuri
Ominibus, paſſim te ſuppeditante Magiſtros,
Dexteritate ſimul candoreque & arte probatos,
Auſpice te donec, ſenſim creſcentibus annis,
Ingenii pariter paulatim adoleſcere noſtri,
Jamque ſequi Phœbi poſſent penetralia fœtus.
O amor! o bonitas! o amoris fervida flamma!
Singula quid referam? non, linguæ ſi mihi centum,
Ferrea vox, omnes meritorum dicere formas,
Omnia, ceu fas eſt, percurrere munera poſſem,
Tu Mæcenates nobis, tu larga dediſti
Pectora, Muſarum ſpes & fortiſſima fulcra:
Sic adeo ſtudii nobis contingere metam Uno

Uno te licuit ſucceſſus dante ſecundos,
Suavibus & ſemper cœlo aſpirantibus auris
Impiger extremum penetrans labor omnia dura
Vicit, opusque ardens haud ſpes concepta fefellit.
Pars etenim propius jam multo culmen honorum
Cernere, nec vanæ geſtit molimina laudis
Urgere, expectans quamprimum dulcia ſpartæ
Præmia: pars etiam jamdudum in publica læti
Munia certa tuo magno, Pater Optime, nutu
Venimus, Ætnæam quamvis æquantia molem.
O amor! o bonitas! o amoris fervida flamma!
At nunc, ut taceam cunctorum dona dierum
Propria, præſidium clemens animumque ſerenum,
Servatasque hilari vegetas in corpore vires,
Heu quantas etiam tibi nos perſolvere grates!
Lux advecta jubet, cinctis qua tempora circum
Florenti lauru/ nova diſpenſavit Apollo
Marchicus atque novos vernantia gaudia in annos!
O amor! o bonitas! o amoris fervida flamma!
Sint tibi, magne DEUS, ſint laus & gloria magna,
Æternumque decus. Tuus en ſua dona coronat
Viliaque egregiis dignatur dotibus æther
Organa: ne ſpernas infirmæ carmina linguæ,
Quæſumus, admiſſi ſuperis qui ſedibus olim
Cœlituumque choro plena te voce canemus,
Divite quando penu pietas perfecta litabit,
Grandiſona atque fluent holocauſtis grandibus ora.
Tu modo te cultu poſthac ne ſubtrahe noſtro,
Sed pertende, tuus quicquid favor inchoat almus,
Palladioque tuo Muſis ſuper orbe retentis

Fac

Fac tibi, fac patriæ, fac templis atque regentum
Concilio atque Scholis hinc inſtrumenta ſuperſint
Digna, ſuus donec naturam deſeret ordo,
Vaſtus & ipſe ruet fractis compagibus orbis.
Sidera ſic linquit geminans ſuſpiria Clio, *2. ad SE-*
Omnia ſed nondum fugiet commercia cœli, *RENISS.*
BRENNORUM ſiquidem cœleſtia fertur *ELECT.*
in ora
Proxima jam pietas, propius veneratur & Aſtrum,
BRANDENBURGIACI quod Sceptri ſigna benigna
Oſtentat terris. Hujus de culmine ſummo
Dum demiſſa hodie gerimus viridantia ſerta,
Ejus & auguſtus nobis hæc præmia fulgor
Deſtinat, ac juſſis jamjam clementibus addit,
O mihi grande ſonans tuba ſi conceſſa Maronis,
Pindariumque foret flumen, Sophocliſue cothurni,
Perſequerer tantum meditato carmine munus,
Teque Pater Patriæ, FRIDERICE, o Gloria Secli,
Poſteritatis honos, MAGNI PATRIS incrementum,
Aurea progenies cœli, pavor orbis amorque,
Te, tot præconum qui pridem guttura rauca
Efficis, haud laſſus cantaret ſpiritus unum.
Iſta meas autem qvia longe ſcandere vires
Sentio, communi ſaltem de nomine noſtrum
Quæſo, pias grates una & flagrantia vota
Ante tui liceat deponere Numinis aras,
Hiſce miniſteriis me relligione dicante,
Qua merito gratis etiamnum in ſenſibus hæret

Muni-

Munificæ hærebit quin ſemper Gratia Dextræ,
Marchigenas inter multos quæ fovit egenum
Me quoque, & his olim large nutrivit Athenis,
Sole ter advecto dum tertia curreret æſtas.
Creſcat avitus honos, o effloreſcat in ævum
Enthea fama Domus, ſublimi ab origine Divum
Quæ ſata tantum alias inter caput extulit Aulas,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.
Illius æternum teneat per ſecula nomen,
Brennoniumque jubar terras diffundat in omnes
Splendida Majeſtas, & opes invictaque Martis
Robora. Te MAGNI felicia fata PARENTIS,
Facta velut magna, & Virtus, AUGUSTE, ſequantur:
Sis maneasque tuis SALOMON, quem dulcia ſpondent
Nomina, pacatum & patriis virtutibus orbem,
Bellona graſſante, regas, Themidosque reducto
Aſtrææque piis & ſanctis legibus auro,
Excelſum ſcandas cœleſti vertice Olympum.
Tu tandem, Patriæ quæ ſunt ſuſpiria fida,
Quæ melior de Te præſagia concipit orbis,
Excidiis juſtis Gallorum Victor & Heros
Colla ſuperba premas, horum & madefacta nefando
Sanguine, ceu DIVUS GENITOR conſueverat, arma
Relligioſa tuæ referas in Marchidos oras.
Non minus in Turcam quæ, præludentia pugnis,
Croſnenſi effundes nova grandia corpora campo,
BRENNONIÆ mittas virtutis pignora fauſto
Omine,

Omine, & infeſtæ quæ frangant cornua Lunæ.
Vive, PATER PATRIÆ, Muſarum Præſes & Atlas,
Delicium Eunomies, optatum pacis Aſylum!
Vive, tuosque diu ſceptro felice guberna.
Serorum ſtupeat quod poſterus ordo nepotum,
Quod domet attonitos ~~relinquit PRINCIPIS arces~~,

3. ad Dominos Profeſſores.

Brandenburgiaci jam circum illuſtria Pindi
Lumina, Concilium & Procerum ſolenne frequensque
Talia verba pio promens de pectore Muſa:
Hic ſeſe nobis hem! ſenis pandit honorum
Janua, virtutis pars quondam ubi dulcia mella
Legimus, excelſo læti tutamine BRENNI.
Marchiacæ perſtent hæc inclyta templa Minervæ,
Perſtent Pieridum ſedes ac regia caſtæ
Mentis, & egregiæ clariſſima cultibus artis
Augmentum ſumant in longos grandius annos.
Sic olim ingeniis gravidas hinc ſurgere meſſes
Fama feret, doctas atque in communia porro
Commoda proventu naſci perdivite frontes.
Noſtra ſed interea prius exanimaverit oſſa
Frigida vis lethi, vitali exuta calore,
Quam Charitum Viadri favor hoc è pectore noſtro
Excidat, & fragili ſervato ſtamine vitæ,
Illius haud unquam carpent oblivia laudes.
Tu quoque, ATHENÆI qui jam fulgentia ſceptra
MAGNIFICUMque geris noſtris & honoribus æquum
Arbitrium, fauſtis hæc qui lætiſſima feſta
pavidis terroribus hoſtes.
Hisce ſalutatas relinquit PRINCIPIS arces,
Diri-

Dirigis auſpiciis, grata memorabere voce,
Et ſacro capiti famulantibus undique linguis.
Vos autem, inſigni radiantia ab arte ſophorum
Sidera, Romanæ Tu flos & Gloria ſuadæ
Stator & excellens, jam devenerande Brabeuta,
Quo Duce magna meæ ceperunt robora Muſæ,
Quo veniunt nobis hæc auſpice læta faventi
Præmia: Vosque alii, Sophies præſignia pridem
Culmina quos late divulgat fama per orbem,
Sumite Vos tandem, rogitamus, fronte ſerena,
Nos merito poſcit quæ Veſtrum Ampliſſimus ordo
Munera, ſinceras humili de pectore grates,
Stemmata quod noſtro decernere tanta labori
Virtutisque novum ſic nobis addere calcar
Complacuit, nec non, has condecorantibus aras
Sceptrigeroque VIRO venerandoque Agmine Patrum,
Muſarum pretiis præſenti applaudere vultu.
Nec Vos, o MAGNI, quos ſplendida pulpita circum
Oſtentant, reliqui PATRES PROCERESque ſilebit
E nobis quisquam, dum ſpiritus hos reget artus,
Sed bene apud memores nos ſtabit gratia facti,
Ampla quod illuſtrat noſtros præſentia honores
Veſtra, favetque bonæ jam ſic manifeſtius arti.
Inprimis etiam, mihi quantos fuderit uſus
Cara patrocinii veſtri ſummique favoris
Copia, BRENNONIUS ſimul huc me duxerat umbo,
Nunc quantos addant præſentia tempora fructus,
In tumulum uſque canet nimium devincta Camœna.

Vivite felices omnique ex parte beati,
Quos PHOEBUS Viadro dat BRANDENBURGICUS, omnes
Ingeniisque graves, meritisque per omnia clari
Secula. Stet vobis felix Academia BRENNI,
Olli dumque alia ex aliis faſtigia creſcunt,
Dotibus hæc veſtris niteant pompoſa theatra;
Ac veluti ſeptem loquitur miranda vetuſtas,
Octavo memores hæc intrent nomine faſtos.

B. Encomiaſtico-votivo-Panegyrica, deſumta ex Actu Oratorio priori, quem A. R. S. 1691. in Gymn. Berlin. inſtitui.

Argumentum hujus Actus egit de Divino & Sacro, univerſam rerum politicarum [illegible]*ſpharam permeante & animante, impetu ac Spiritu.*

Thema illud per duplex *Hemiſphærium* *ſuperius & inferius*, (*imperantium & parentium virtutes*) pertractabatur.

I. PROLOGUS,

Perorante *Dieterico Adolpho* Vielthut/ Berlin. M. erat:

QUem nuper annuis piisque cultibus,
Plauſus tot inter atque fauſta jubila
Feſtosque cantus omnium noſtrum, ſacra
Sonabat ædes ſacro ſanctum Spiritum,

Hic ſpirat in rebus creatis ſingulis,
Spirant & ejus cuncta vivo Flamine.
Sed quomodo per regna mundi vividus
Se ſpargat hic Flatus, graveſque fulciat
Montes, nimis qui jam (dolor!) paſſim labant,
Martisque diro contremiſcunt fulmine,
Pars ore nunc effabimur nos libero,
Pars & tenellis eloquemur verſibus,
Sic ergo cœlo nata principalium
Virtutum in aures, ac ſtupentes mittere
Mentes pium molimen eſt inſignia,
Dicenda originis ſuæ cum ſedibus
Sublimibus. Cives deinde & ſubditi
Quam mutuentur inde præclarum decus,
Auſis & æmulantibus feliciter
Referant, & ipſi perciti divinitus,
Linguis canetur & modis variantibus.
Quod pervolare debilis dum ſpiritus
Noſter parat, multis & invium mare,
Ne laſſus hic longo ſit impar curſui,
Tu, ſancte Spiritus, precor, tu provehas.
Et Vos, adeſſe quotquot hic dignamini,
Date, vela currant noſtra ſuſpirantia,
Veſtrisque flabris leniter ſpirantibus
Utramque ſphæram emetiantur fauſtiter.

(o)

2. In

2. In Hemiſphærio ſuperiori Principum *Auguſtum Characterem ac Vicariatum divinum* admirabatur

Johann. Chriſtoph. Otto /
Berlin. March.

Vos, quibus terræ maris atque ſummus
Sceptra diſpenſat metuenda rector,
Qui datis cœlo regitis patentem
Faſcibus orbem,
Veſter o quanto radians honore
Splendor in terris micat atque cœlis!
Dum Dii magnum geritis potentis
Numinis inſtar.
Vos polo natos polus ipſe dicit
Arbitros mundi, ſolioque in alto
Collocat primum, trepidante vultu
Devenerandos.
Eſtis humanum genus, imbecilles
Siquis in veſtros ſua vertat artus
Lumina; at dium meliore venit
Pectus ab ortu.
Hoc enim immiſſum vegetum miſello
Corpori, nec non ſimul imperandi
Arduæ molis patiens dedere
Aſtra ſuprema.
Membra cömmunis populatus olim
Mortis inſanus furor atque terror
Illius neſcit decus invidendum
Depopulari.

 Ergo

Ergo felices nimium & beatos
Vos vices magnæ Domini ſupremi,
Rebus & geſtis celebrata late
Gloria reddunt.
Eia nobiſcum titulos honorum
Mente jucunda reputate tantos,
Eia ſemotis ea vos perungant
Gaudia curis.

De Imperii mole divino Spiritu adjuta, cum Voto differens ſiſtebatur

Caſparus Fridericus Tieffenbach/

Berlin. March.

ÆQuor tumultuoſum
Ingreſſa navis hoſtem
Hinc Æolum expaveſcit,
Illinc & extimeſcit
Sævos feroſque fluctus,
Dum fluctuat per undas,
Undas periculoſas,
Undas nimis doloſas.
Quare gemente malo
Optata flabra poſcit,
Optat polumque lætum,
Ne forſan inquietum
Experta mœſta pontum,
Compagibus ſolutis,

Mergatur in profundum
Rimis arata fundum.
Sic vaſta regna mundi
Tumultuoſiori
Et fluctuoſiori
Niti ſtatu videmus,
Hunc naviumque ritu
Tentarier procellis,
Obmurmurante ſævum
Livoris Euro, & atras
Contra ciente nubes,
Nunc hoſtium furente
Immanitate dira
Iraque fraudulenta.
Interna quin & ipſi
Quandoque bella cives
Sub perfidis medullis
Coquunt. An hoſce contra
Conſiſtet illa ventos,
Ni provehatur ipſo
Nutu ætheris faventis
Regnique tuta moles
Rerumque publicarum?
Hinc iſta poſcit auras
Curſumque lætiorem.

Ideo gemitus meos & publicos exprimebat

Conrad. Ludov. Runge/

Berlin. March.

O Jammer-volle Zeit! wie geht es zu auff Erden/
Da eine Krieges-Wolck uns nach der andern dräut

Und aus den Chriſten ſelbſt nun Chriſten-Würger werden.
Da Freunde Feinde ſind. O Jammer-volle Zeit!
O Jammer-volle Zeit! Bald kömt ein ſchwartzes Wetter
Vom rothen Türcken-Mord/ und mehret unſer Leyd/
Bald ſtürmt ein ander Turck. Ach iſt denn kein Erretter/
So klagt und ſagt man recht: O Jammer-volle Zeit!
O Jammer-volle Zeit im gantzen Teutſchen Reiche/
Wo Martis Brut und Blut wegſchwimmet alle Freud/
Hier ſtehen weit und breit die Angeſichter bleiche/
Mit Trauer-Flor verhüllt. O Jammer-volle-Zeit.
O Jammer-volle Zeit? die Zunge wil verſtummen/
So offt mein zarter Mund den Wehmuts-Schall verneut/
Noch hört man überall des Krieges Donner brummen/
Und ſtumme Seufftzer ſeyn: O Jammer-volle Zeit!
Ach Jammer-volle Zeit! Sey/ Himmel/ du dawider/
Daß unſer Vaterland nicht freſſe Krieg und Streit/
Schütz unſer teutſches Land und deſſen hohe Glieder/
Und ſchenck uns einſten Fried und Freuden-volle Zeit.

Hæc triſtia lætis immixta, quia cum voto lætitiæ
In læta Panegyri ſcholaſtica proferebantur.

SERENISS. ac POTENTISS. ELECT. BRANDENB. DOMINI, DOMINI FRIDERICI III.

Religioſam de fervidius celebrandis Sabbatis & divinitus inditam curam mea opera deprædicabat

Johannes Chriſtianus Schober/
Cizenſ. Miſn.

BRANDENBURGIACI præſidium ſoli
Et magnum Columen, TERTIE SALOMON,
Quo Numen coluit relligioſius
Nemo ſceptrigerûm; Carmine quo veham
Laudes, fervidius quod modo feriis
Sacris fertur honos, Sabbata nec malus
Deturpat genius ſacrilegis modis,
Nutu atque Auſpicio, MAXUME, de Tuo?
Et his PRINCIPIBUS ſcilicet optimis
Princeps & merito cura potiſſima,
Ut cultum vigiles promoveant DEI,
In terris nitidum cujus habent jubar.
Hoc olim ingenio reddidit inclytum
Se Rex Iſaides, thuricremas pii
Aras cum peterent illico ſubditi
Omnes. Marchigenas hæc pariter Tua
Dum virtus docuit, fidus *o aureum*
Et Dux Euſebies commemorabilis,
Illos non adeo luxuriæ & gulæ
A templis revocant deliciæ ſuis.
Quin & militiæ caſtra ſequi jubes
Juſte, poſtpoſita qui reverentia
Sacrorum temere, & fortiter impia
Feſto haurire ſolent pocula tempore,
Et ſunt terrigenis quisquiliæ & DEO.
Æternum ſtatuis (ſic habeas) opus,
Et quovis monumentum ære perennius,
Quod non tempus edax, innumerabilis
Annorumve poteſt ordo refigere.
Reddet Te pietas, entheus & poli
Hic ignis ſupero delicium ætheri,

Hinc & pro meritis grandia grandibus
Poſthac accipies, DUX PIE, munera.

Prudentiam Ejusdem PRINCIPIS laudabat | Θεόσδοτον

Joach. Fridericus Poßlmann/
Rônbec. March.

QUam ſit coronis PRINCIPUM
Magnum decus Prudentia,
Proles faventis ætheris,
Jam noſter umbo fatus eſt.
Hæc tanta BRENNORUM tenet
Exemplar Illuſtriſſimum
FRIDERICUS, ac celebria
Oſtentat orbi Inſignia.
Eſt quippe PRINCEPS litteris
Coruſcus excellentibus,
Muſis & elegantibus
Mentem capacem dedidit,
Mentem capacem reddidit,
Ut Cæſar Auguſtiſſimus,
Bonarum Amator artium,
Statorque magnus & Potens.
Hinc noſter ille providus
Rebus præeſſe publicis,
Nec non acutum cernere
Edoctus, ales ut Jovis.
Conſulta quam ſagacia
Depromat altis ſenſibus,

Quam

Quam Teutonum ſit unicus
Optatus ille patriæ
Suaſor, fatetur Belgium,
Amica novit Anglia,
Fatetur orbis & pius.
Nos, cura Prudentiſſimi
Quos perbenigna PRINCIPIS,
Furente Martis turbine,
Tutis tenet complexibus,
Ipſo triumphamus boni.

Sacroſancti Edicti Electoralis BRANDENBURG. adverſus Duella pius Encomiaſtes erat

Joh. Sigism. Stichelmeyer/
Berlin. March.

BRENNONIAS inter Virtutes ſtat quoque recti
Cultus, legitimi pia & obſervantia juris,
Virtus, quæ cœli mortales collocat axe.
Cognatæque polo Themidos cultoribus aſtra
Aſſignat. Fulgent hujus documenta per orbem
Marchiacum noſtro FRIDERICO clara regente,
Dum vix evectus ſolio conſedit in alto
Optimus, & celſum moderamen ſumere cœpit,
Mox ubi decretis compeſcere ſæva duella
Ac vinclis duris certe cariſſima cœlo
Cura fuit. Mirum, quam perſtet ſancta voluntas
PRINCIPIS, & late ſileant exinde ruentes

In

In fera bella manus. Privos tranquilla penates
Pax habet, &, redeant quaſi in aurum tempora priſcum,
Nullius inſidiis tentatur Spiritus inſons
Nec gemitus inter multos, ut ſæpius olim,
Pignora cara domo tendunt ad Apollinis arces,
Quas intra multos certandi dira libido
Sorpſit; ſed lætam læti expectare Parentes
Inde queunt ſobolem. Servantur honoribus alti
Numinis, & patriæ diverſis uſibus apta
Inſtrumenta: capit certos Eccleſia, certos
Et Schola dia viros: Sic &, qui civibus adſint
Conſilio auxilioque graves, non funere acerbo
Ante diem pereunt. Tibi quæ, Juſtiſſime PRINCEPS,
Hinc ſurgit nullis o componenda triumphis
Gloria! Crede, DEI ſic diſpenſare per orbem
Arbitria, & robur vimque addere legibus æqui,
Hæc vero laus eſt, quæ ſecula longa perennis
Vel poſt fata micat, nullamque experta ſenectam
Tranſit ad æternæ nitidiſſima præmia vitæ,
Sera ſed & nobis extinctis quæ nova quondam
Poſteritas veniet, Tibi quam devincta manebit!
Quo curante capit pacatas undique ſedes,
Nec rixas metuit, nec probra, nec impia bella,
Armorumque feros uſus, rabidumque furorem.

(O)

En-

Encomium *Illuſtris Stipendii Electoralis Marchici*, quo me ipſum inter primos Alumnos clementiſſime donatum jam ſupra confeſſus ſum,

promebat

Chriſtoph. VVilhelm. Gruneck/

Berlin. March.

1.

Jauchtze wehrtes Märcker-Land/
Wünſche deinen Söhnen Glücke/
Welche ſelbſt der Götter Blicke/
Leiten zum gewünſchten Stand.
Heiſt die Armuth unten liegen/
Können ſie dennoch obſiegen.

2.

Brennus hohe Gütigkeit
Läſt zur Muſen Wohlergehen
Hier ſo reiche Gelder ſtehen/
Daß man auch bey ſpäter Zeit
An der Oder ſchnellen Flüſſen
Wird davon zu ſagen wiſſen.

3.

Du/ O groſſer FRJDERJCH/
Haſt uns dis zu erſt geſchencket/
Liegſt zwar nun ins Grab geſencket/
Bleibſt doch immer lebendig/
Weil die ungemeine Gaben
Phœbus wird zu rühmen haben.

4.

Und du/ Dritter FRJDERJCH/
Stern und Wunder unſer Zeiten/
Wirſt hiedurch dein Lob ausbreiten
Und vergöttern ewiglich/
Samt den groſſen Mæcenaten/
So die Tugend wohl berathen.

Tugend

5.
Tugend und geſchickte Leut
Haſtu denn dir ſelbſt erzogen/
Und durch Güte ſtarck bewogen
Dir zu ſtehen an der Seit:
In der Fürſten Gnade machet/
Daß man ob der Weißheit wachet.
6.
Wohl nun dir und aber wohl/
Hocherlauchter Thron der BRENNEN/
Wenn man dir wird bringen können
Solchen lebendigen Zoll
Von den löblichen Geſchencken/
Und dein danckbarlich gedencken.

S. R. I. PROCERES *ad Fortitudinem & in piis bellis contra geminum hoſtem Chriſtiani orbis divinitus armatam Dextram victricem* excitabat

Franciſc. Adam. Hauſe/

Berlin. March.

Injuſta terror panicus occupet
Turbetque diris bella pavoribus,
Qui milites vexent iniquos,
Attonitosque duces ſequantur.
Felix Triumphi ſpes alit, optimo
Quod jure ſumit relligioſius
Tranſ&nda terris pectus arma,
Numinis & patrios in uſus.
Spes & Triumphi vos habeat, foris
Contra gemellum Teutoniæ pii

Qui

Qui præliari audetis hoſtem,
Romulidum ſacra membra Regni.
Cœlis amati cernite Principes,
Quam juſta ſemper juverit anxio
In Marte cauſa, obfirmet atque
Innocuam DEus ipſe partem.
Sic Imperator cum Theodoſius
Se contra iniquos Eugenii dolos
Armaret, exoratus illi
Auxilio veniebat æther,
Mox diſſipatis fulmine peſſimis
Actisque retro protinus hoſtium
Turmis, at illo ſtante laurus
Inter, & egregios honores.
Sic ad Viennam proxima tempora
Agmen ſtupebant in Saracenicum
Victrice dextra proruentem
Saxona, Teutoniumque Achillem,
Quantumque virtus mox ſacra gesſerit
Cœlique plenus Brennigenum impetus,
Devicta Budæ horrentis alta
Mœnia commemoraſſe norunt.
Quin ergo tuti juſtitiâ bonæ
Pugnate cauſæ, fervidioribus
Auſis, in Eooſque Turcas,
Liligeri & furias Tyranni.
Huc copulatis tendite viribus,
Intaminatum ſtringite fortiter
Hic ferrum & enſes ſoſpitales
Imperioque piiſque rebus.

Votum

Votum Victoriæ addebat

Johann. Georg. Sultz/

Berlin. March.

1.

GRoſſer GOtt/ laß wohl gerathen
Deiner Fürſten Krieg und Streit/
Laß die hohen Potentaten
Schützen deine Chriſtenheit
Wider Türcken und Frantzoſen/
Die um unſer Teutſchland looſen.

2.

Segne die gerechte Waffen
Der geſamten Reiches-Macht/
Daß ſie uns den Frieden ſchaffen/
Wornach alles ſeufftzt und tracht/
Gib den Helden Muth zu kriegen
Und durch Kriegen ob zu ſiegen.

3.

Siegen kömmt von deinen Händen
Nur allein/ du ſtarcker Held/
Du kanſt alle Feinde wenden/
Treibe ſie von deiner Welt/
Da dein Wort und Ehre bleibet.
Und man dein Lob lauter treibet

4.

Hilff daß unſre Krieger gehen
Glücklich auff den Kampff-Platz hin/
Und für deinen Nahmen ſtehen
Mit gantz unverzagtem Sinn:
Laß ſie nach beglückten Schlägen
Grüne Lorbeer-Kräntze tragen.

3. In Hemiſphærio inferiori ſubditorum Virtutes ac felicitas itidem ex fonte providentiæ divinæ accerſebantur.

Inde

Inde cum Oratione ſoluta derivata eſſent varia artium mechanicarum nova hodie ingenia, auctusque inter cives flos commerciorum publicorum, hoc nomine

Berolinum cum adjectis Coloniis

laudabat

Daniel Pollborn/ Berol. March.

LAudabunt alii terras, de ſole calentes
Quas alio cupidus pes novitatis adit.
Plenas deliciis canat hic operoſius oras,
Quæ ſceptro ſubſunt, Galle Tyranne, tuo.
Ille loquenda putet cumprimis Itala regna,
Dulcibus hoſpitiis inſidioſa ſuis,
Unde ferunt reduces Germani noxia plures
Lumina, dæmonibus plenaque corda malis.
Sunt, quibus unum opus eſt, Belgarum extollere fines,
Artes & Batavas, dives & agmen opum,
Mille ubi per vaſtum mutandis mercibus æquor/
Semper eunt, lætæ ſed redeuntque rates.
Nos memoraſſe juvat patriam & commercia, fauſtus
Quæ penes Urſiacos floſque vigorque vehit,
Cernimus hic etenim, quod toto cernitur orbe:
Hic propius nobis obvia amœna patent,
Itala quæ tellus jactat, quæ poſſidet Indus:
Huc maris & terræ munera cuncta fluunt.
Itur ad extremas gentes per cœrula ponti,
Iſthmo dum ſecto prona parata via.

Nunc

Nunc & Sprea gerit naves, fæcundaque quæſtu
Robora dat noſtro conſpicienda ſolo,
Puppibus & lætis geſtit depromere gazas,
Detectus gremio quas procul orbis alit.
Thetyos increvit ſic Berlinenſibus uſus
Numinis auſpiciis auſpiciisque Ducum.
Mercatura inibi quantos nunc ſumſerit auctus,
Muta etiam poterit quæque platea loqui.
Aulæ contiguus locus eſt, qua porticus imbres
Die Stech-Bahn
Arcet, & in ſiccas ducit amœna vias.
Illic expoſitas longo mirabere merces
Ordine, quas dederat Gallia ſola prius.
Exulibus contra jam multis inde receptis,
Illas in promptu quilibet emptor habet.
Scilicet hi fructus, veteres cum linquere fato
Cogitur, & ſedes gens petiiſſe novas.
Urbibus haud raro dant incrementa coloni,
Penſantque hoſpitii munera larga ſui.
Ac velut Ægyptum cum Nilus inundat aquarum
Eluvie, veſtit lætior arva ſeges:
Sic gentes quando miſcentur gentibus, inde
Nonnunquam populi eſt unius aucta ſalus.
Iſta ſed expendens dicet quo carmine Muſa,
Urbem quam deceant talia cuncta tuam,
Quam FRIDERICE, oculos raræ invitare tabernæ
Illecebrisque novis ars operoſa queat.
Inſuper accedunt grata ſpectacula viſu,
Mühlen-Damm.
Quæ vicus nobis exhibet ille novus,

Mercan-

Mercantum nitidas qui moles ordine pulchro,
Labenti ſubter flumine monſtrat aquæ,
Jucundus ſtrepitu multo, ſpatiantibus aptum
Præbens ac plenum commoditatis iter.
Videris hic pariter vendi cariſſima rerum,
Et quicquid genio vel cuicunque placet.
Jam ſic vendentum luſtres altiſſima tecta,
Altius hæc Tyriis arcibus ire putes,
Illis è Belgis veniunt rariſſima quæque,
Illis Hamburgi fertiliore penu,
Ex ipſis adſunt immò pretioſa Britannis
Omnia, portantis munere vela maris.
Nec deſunt teneri fœtus telluris Iberæ
Aut quicquid mundi machina vaſta tenet.
Artes quid referam multas, quas fervere plenis
Conſpicimus fabricis, auſibus atque novis?
Urbs alit hæc, molli qui texant vellere pannos,
Filaque ſubtili pollice pulchra neant:
Et quæ Seres habent de miro vellera verme,
Nendo qui tumulos exſtruit ipſe ſibi,
Hæc nobis etiam jamdudum urbs æmula donat
Artificum ſtudiis ingeniisque virum,
Arte laboratas veſtes *tunicasque ſecundas*
Die Weſten.
Exponit vario docta colore manus,
Bullatæque micant trabeæ, Phrygiique labores,
Argenti atque auri quos decoravit honos.
Hinc, opifex quid agat diverſus, mœnia poſtquam
Examen quadruplex noſtra dedere ſibi:
h. e. 4. Colonias. Cölln. Fridrichswerder.
Dorotheen-Stadt. Fridrichs-Stadt

C Ut

Ut privas intra ſit victus largior ædes,
 Comparet & multis ars alimenta modis,
Senſibus hæc ipſis vel me manifeſta tacente,
 Et cuncti poſſunt commemorare lares.
Externo è cœlo dulciſſima vina vehuntur
 Huc & quæ faciunt fercula grata, dapes.
Titillat linguas adeo genus omne ciborum,
 Zythum multiplicem concomitante mero,
Et vicinus ager laticis dat dona Lyæi,
 Speſque gerit paſſim vinea culta novas,
Navibus & noſtris ſuaves viridaria odores
 E florum ſylvis areoliſque ferunt.
Ut taceam noſtro demum quæ fingere ſeclo
 Cultibus ars didicit cultior ipſa ſui.
Artis figlinæ qualis pretioſa ſupellex,
 Unde bibi nobis potio Thea ſolet:
Sunt Porcellanæ multo nitidiſſima vaſa,
 Quamvis de fragili vaſa parata luto.
Sic igitur dotes naturæ repperit omnes,
 Uſibus & tellus deſtinat una ſuis.
Aulæ cumprimis auget commercia ſummus
 Splendor, & auguſtum pronus in omne decor,
Incola præterea comtus diveſque frequenſque,
 Urbis & excellens magnificuſque nitor.
Non ergo Thynas ultra mirabere merces,
 Non, quas Phœnicum priſtina terra tulit.
Illarum pridem decreſcens deſiit uſus,
 Et vacuum nomen vix monumenta tenent.
Berlini contra commercia vivida ſurgunt
 Amplificata ſalo non minus atque ſolo.

Talia

Talia bona DEO adſcribebat verſibus Ionicis a minore

Ludov. Bredow/

Berlin. March.

AGitari per inertes patet artes & inanes,
Memorabat genitalis regionis ſatis aucta
Hilaris quæ bona præco, patria concelebrata,
Niſi ſummus dare commercia fauſto uſque vigore
Velit æther. Fluit ejus modò nutu auſpicioque
Peramico, ſibi conſtans bene Reſpublica noſtra
Hodienum fera quod ſanguinolenti fugitavit
Mala Martis, gemebundos & in oris nimis amplis
Aliorum neque ſenſit populorum, trepidavit
Neque caſus, qnibus heu! vivida terras aliorum
Facies linquit, & artes vigor omnis perhoneſtas.
DEus ergo, DEus unus patriæ nomine noſtræ †
Bonus urbi; manet humana rudis mens ſine Olympo.

Conſtantiam horum bonorum à DEO precabantur

Joh. Rudolphus Schmidt/
Chriſtianus Bude/
Chriſtianus Schüler/
Elardus Eſig/ } Berlin. M.

a. ORbem, non urbem, Berlini mœnia noſtri
 Civibus oſtentant gentibus atque novis,
Aulai decus eſt, quicquid natura creatrix
 Naturamque ſagax ars imitata parit.

 Cetera

† Meritò concelebrandus. Dedit hic, auget & ung
Facili nimium ſat vivida commercia noſtra

Cetera non artes hic, non commercia ceſſant
  Fervere, quæ terris angulus omnis habet.
Quid votis opus eſt magis, ut conſtantia nobis,
  Qui dedit, eſſe velit / munera tanta DEus?
Fœmina virque illud, pueri quoque voce tenella
  Optantes, pergunt talia verba loqui:
Orbem, non urbem, Berlini mœnia dudum
  Exæquant: orbis nomen aduſque gerant.

I.

b. Laß/ Himmel/ deine Gunſt/ ſich zu den Seufftzern neigen/
  Die für das Vaterland ſchickt unſre ſchwache Bruſt/
Nur dein Geſchenck iſt es/ was uns die Sinne zeigen/
  In dieſer Brennus-Stadt an Augenweid und Luſt.

II.

Du weiſeſt deine Gunſt zu uns in tauſend Gaben/
  Indem des Fürſten Burg beſteht in vollem Flor/
Berlin kan manche Freud an Vieren Töchtern haben/
  Die Mauren ſteigen hoch/ es pranget Thür und Thor.

ſunt 4. Coloniæ.

III.

So machen überall die Straſſen leichte Füſſe/
  Weil dero netter Gang itzt gleiche Schritte giebt/
Man ſieht/ wie in der Lufft ein Hauß das andre grüſſe/
  Und der Gewerbe Lauff iſt auswerts auch beliebt.

IIII.

Erhalt uns gnädiglich/ o GOtt die Friedens-Krone/
  So leider! manchen Ort vorlängſt verlaſſen hat:
Wo ſüſſe Ruhe kömmt von deinem Gnaden Throne
  Da findt die Kauffmannſchafft und Handel Platz und Statt.

IIIII.

Da lebet alles wohl und lebet ſein Gelücke/
  Der Künſte Zahl und Ruhm wächſt immer mehr und mehr/
Und Erd und Waſſer giebt erwünſchte Freuden-Blicke/
  Wobey denn auch erſchallt des Allerhöchſten Ehr.

IIIIII.

Es jauchtzet Jung und Alt alsdann und jubiliret/
  Die Felder freuen ſich/ in Städten klingt es fein/
Indem der eine dis/ der ander das handthieret/
  Und alle Freuden-voll bey ihrer Arbeit ſeyn.

IIIIIII.

Nun GOttes Gütigkeit blüht noch in unſern Landen/
  Die ſetzet dieſe Stadt nunmehr den Sternen gleich./
Es müſſe Stadt und Land mit deſſen Liebes-Banden
  Umſchloſſen für und für ſich nennen Segenreich.

IIIIIIII.

Gib/ Vater/ daß forthin hie das im Schwange gehe/
  Weswegen man den Ort ſchon höchſt vergnüglich preiſt/
Damit die Policey fort ungekräncket ſtehe/
  Bey allen Ständen auch ſey ein lebhaffter Geiſt.

IIIIIIIII.

Dein lebendiger Geiſt beſeele Werck und Thaten/
  Daß die Commercien hier nehmen weiter zu/
Und die Verkehrungen im Handel ſo gerathen/
  Daß unſers Fürſten Sitz dabey verbleib in Ruh.

Erat porro, qui Græca oratione extollebat

Obſequium & Reverentiam Subditorum erga PRINCIPES.

Unde è contrario.

Invectivam in partem populi Hyberniæ, Regis Angliæ regimini tunc temporis injuſte reſiſtentem inſerebat.

Reichard. Frider. Müller/

Berlin. March.

ÆTernumne tenebit Inſulares
Irrlandos genii ferocis error

Stultus, pars Britonum recuſet uni
Ut Regi obſequioſa ferre dona,
Angli quæ tulerunt boni, WILHELMO?
Sic credo, merito *Guevarra* dixit:
in Horolog. Princ. libr. I. c. 2.
Fallax eſt nimium Inſularis omnis.
Fallax eſt etenim Inſularis illa
Gens: fallit ſuperi poli tremendum,
Quod juſto imperio ſubeſſe juſſit,
Numen; prætereaque ſemet ipſam
Fallet, mox luitura contumacis
Heu pœnas animi. Proinde tandem,
Hyberni, reſipiſcite, atque Regis
Jacobi ſcelerata linquitote
Caſtra, & legitimos WILHELMI honores
Fidis devenerarier medullis
Eſto mens. Hyemem ſed in malorum
Si ſævam ruitis, leves Hyberni,
Vos hybernus aget tumultus, & vos
Irrlandos potius vocabit orbis.

Fidem in Subditis Brandenb. commendabat

Adolph. Frider. Rüſt/
Güſtrov. Meclenb.

BRANDENBURGIACÆ Domui memorare fideles
Dum cives tento, fateor, metus occupat ora
Non levis, & tantum non muta ſilentia mandat.
Nempe locuturo fidei præconia, tecta
Qua

Qua privatorum Ducibus de jure litare
Condecet, adverſas mihi cauta modeſtia leges
Atque verecundum figit per labra ruborem.
Eloquar an ſileam, mens fluctuat inde, nec ipſa
Vera ſciens æquas ſemper ſe mittere in aures,
Cumprimis pietas homines quæ juſſerit ipſa
Præſtare obſequiis fidis. Fiducia contra
Sed me læta tenet præſenti verba faventum
Concilio haud odioſa fore, in veſtratium avitam
Erga Sceptra fidem quæ fundet perbreve carmen.
Hujus ut ad ſeros extabunt certa nepotes,
Signa, perennis amor, ſcribi & digniſſima cedro
Aulæ BRENNONIÆ fallax reverentia nunquam,
Atque humilis cultus nullo neglectior ævo:
Sic memores faſtos ex quo cœleſtis origo
BRENNORUM, & magno clara incunabula ab ortu
Intrarunt, populi pariter documenta fidelis
Illius, obſequiique tenacia vincula proni
Ætas nulla ſilet. Propriæ non gens ea vitæ,
Non caris opibus, non natis dulcibus unquam,
Quod multi faciunt, tantos indulſit amores,
Quantos PRINCIPIBUS didicit deberier unis.
Urbs eſt, in veteris quæ condita Marchidos oris
Tangermünde.
Oſtentat priſcas moles murosque vetuſtos,
Qua tardo Tangræ rapidus conjungitur Albis,
(Tangermünda locus de parvo dicitur amne:)
Illic Imperii noſtri conſidere primis
Præſidibus viſum, fidis habitantibus urbi

Gnaris

Gnaris nimirum præſentes reddere Divos:
Ut DEUS ipſe fide, ſacris ut mentibus hoſpes
Immaneat, nimium duci ſolet atque moveri.
Marchio ſed factis LUDOVICUS grandibus orbi
Dum celebris canitur, fidos & gloria cives
Ejus condecorat, nullô deperdita ſeclo
Quæ mala nequicquam formidat ſpicula linguæ.
Exierat Princeps in Meclenburgica bella,
Jam non ſecurus vitæ, cum denſius hoſtis
Agmen utrumque latus furioſis cingeret armis.
Non aderat miles miſero, non forte ſatelles,
Non comitum auxiliis poterat ſe credere lætis,
Jamque hoſtilis erant ſubeunda arbitria dura
Imperii, & triſtes nutus; En! illico magnis
Auſibus eripiunt Dominum ſat fida ſuorum
Brachia, victoremque ſibi cum ſanguine reddunt.
Si FRIDERICI liceat cognomine PRIMI
Ire per annales, te, *Primiſlavia*, ſignem Prenßlow.
Carmine, quam propter quæ ſunt limoſa viarum
Suſpenduntque gradus altæ denſæque paludes,
Marchicus hac humeris portabat PRINCIPIS olim
Corpora, nec dulci cecidit ſub pondere civis,
Nutantes hominis greſſusque gradumque labantem
Cum læto affatu firmarent PRINCIPIS ora:
Bajule, ſis fortis, bone vir; non unicus ecce
Hæret homo tergo, ſed mecum Marchia tota.
Pertulit ille Ducem fidus, Pomeranaque juvit
Excidia & clades. Sic Suecica fata loquentur
Semper, ſit Dominis quam BRANDENBURGICA terra

Æternum devota ſuis, cum milite juxta
Quæ cives quondam in trepidantes miſerit hoſtes,
Auxerit & Suecis cædes & funera dira.
Optima quæ ſequitur veſtigia paſſibus æquis,
Pro PATRE qui patriæ FRIDERICO candida vota
Ingeminat, nullum non ſolvens munus amoris,
Et precibus pugnans, &, ſi res exigat, armis.

Hac occaſione
Tyrannos, quibus communiter frangatur fides, cum ipſi fregerint primum,
increpabat

Otto Kirſtätter/
Sedino-Pomer.

O invíſa tyrannidis
Qui dictamina perfidi
Exercetis, & horridis
Intercludere vinculis
Servosq; undique Spiritus
Gaudetis: mihi credite,
Stat regnum fragili loco,
Quod dirus tenet hic furor.
Perjuris Dominis enim
Jurati inſidias parant
Cæcas denique ſubditi,
Indignataque cuſpide
Sceptrorum intolerabili,
Auſis proſilientibus
Stat contraria civitas.

Reges dicite barbari,
Annon perfidiæ malæ
Exhorreſcere proxima
Sic tentamina perpetim
Tormentum Siculum eſt pati?
Vobis excidium imminet
Ex ipſis; regimen ferum
Infidos quoque parturit
Cives. Væ dominatibus,
Quorum præſidibus placet
Duris immoderatius
Frenis angere ſubditos!
Dum vis effera libera
Torquet pectora corporum
Veſtrorumque ſalus ſimul
Et faſces rigidi labant,
Et dirum evomitis mali
Reges denique Spiritum.

Contra
Felicitatem ſuis fidelium PRINCIPUM
prædicabat

Fridericus Schröder/
Berlin. March.

HIngegen bleibt der Thron in grünen Glücke ſtehen/
Der ihm durch Huld und Treu die Seinen treu gemacht/
Deſſelben Wohlergehn kan nimmer untergehen/
Weil bey der klugen Welt wird danckbarkeit geacht.

Ein

Ein Fürſt von Redlichkeit findt auch dergleichen Geyſter/
So in Gefährlichkeit Ihm redlich ſtehen bey/
Durch holden Liebes-Zug wird er der Sinnen Meiſter/
Und würcket daß man ihm anhängt in ſteter Treu.
O Schloß der Sicherheit/ das keine Zeit verletzet/
Und dran der Feinde Macht offt ſtöſſt den Kopff entzwey/
Hier ſtehn die Säulen veſt / worauff dis Wort geſetzet:
Wohl/ wenn den Fürſten-Staat ſchützt Unterthanen Treu!

Genti BRANDENB. de Exoptatiſſimis, quos per omnia imitetur, ELECTORIBUS gratulabatur

Caſp. Frider. Walter/
Francof. March.

HIlares applaudite vobis,
Agitateque gaudia læta,
Regimen quos BRENNIGENARUM
Virtutibus auget & ornat.
Regale decus tenet iſta
Domus, aurea relligionis
Inſignia non ſimulatæ,
Inſignia juris & æqui,
Æquataque Martia cœlo
Perfuſaque robora Zelo
Pietatis, amoris & una
Cœli patrii patriæque.
O terque quaterque beati,
Horum quibus obtigit ordo
Pulchre dominans Dominorum,
Dono Domini Dominorum!
Illis auguſtus honeſti

Stimu-

Stimulus ductusque parantur
Magni faciles & amici,
Tacite virtutis & omnis
Aut vi tamen haud oneroſa
Induntur ſemina primum.
Seges hinc mox læta vireſcit;
Mox lætior, ex imitando
Illuſtria PRINCIPIS acta,
Exſurgit meſſis honorum.

Sceptro BRANDENB. de Virtutum Illuſtrium æmulis ſubjectis gratulabatur

Martin. Schumacher /

Leont. March.

DUrchlauchtes Chur-Hauß Brandenburg; Groß iſt dein Ruhm-Geprånge /
Wie nun mehr alle Welt / ja Freund und Feind geſtehen muß /
Doch unvergleichlich iſt es auch / daß ſchöner Tugend-Menge
Den hohen Adler ſtützt und ſetzt auff unbewegten Fuß.
Der Unterthanen Lob und Preiß wird nur durch Euch geboren /
Ihr Helden ungemeiner Art / Ihr Sonnen auff der Erd /
Der Himmel hat das gantze Land durch euch dazu erkohren /
Daß deſſen vollen Tugend-Schmuck kein Raub der Zeit verzehrt.
Seht! Wie ſich jederman bemůht zu folgen dem Exempel /
Daß eurer Hoheit lichter Glantz noch immer leget dar /
So richtet ihr euch ſelbſten auff dergleichen Ehren-Tempel /
Die ſelbſt der grauen Ewigkeit gleich ſetzen ihre Jahr.
Ey ſchaut die tugendhaffte Leut in eures Reiches Grentzen /
So Eurer Majeſtåten Krafft / von ſich gezeuget nennt /
Auch bey der ſpåten Nach-Welt wird ein ſolches Muſter glåntzen /
Und weil man Groſſen Fürſten gleich die Unterthanen kennt.

4. To-

4. Totam Sphæram denique & Scenam EPILOGO finiebat

Simon Gölle /

Berlin March.

ERgo jam duplicis fauſto pede climata Sphæræ
Emenſi, vaſtum ætherius qua ſpiritus orbem
Permeat Imperii terreſtris, claudere ſcenam
Molimur, votis ubi rurſus ad æthera miſſis
Et veſtro pariter pietas feciſſe favori
Sat ſtuduit. Summi Tu flamen Numinis almum,
Cujus felici regnorum machina grandis
Remigio duci per tot diſcrimina rerum
Exoptat: Spires Germano, quæſumus, orbe,
O ſpires clemens hodie, miſer aſpera bella,
Dum pavet, & nimium metuit Mavortia tela.
Sit tibi cura ſacri cœtus, ne ſæva per arma
Funditus intereat: Tu Teutonis arva benignus
Cuſtodi Flatus, Tu *membra Auguſta* tuere,
Et noſtrum imprimis, tibi qui ſtat deditus uni,
FRIDRICUM *Patriæ Patrem certumq; labantis*
Palladium Imperii Romani. Fac loca dulcis
Relligioſa quies, Muſarumque enthea tecta
Pax rediviva colat. Te Marchia noſtra favente
Floreat, Auguſtæ nec deſit lætius urbi
Augmentum, & gravibus conſultis Curia porro
Nomen ad aſtra vehat. Sic ſuſpirantibus omnes
Te celebrant animis, & grati laudibus oris,
Perpetuusque tuus, ſpatiis diffuſus & amplis,

Com-

Commemoratur honor. At vos proniſſima Muſis
Pectora, quæ nobis hujus ſacra feſta diei
Indulgent, noſtri jam vos ſumatis amico
Vultu grati animi quamvis pauperrima dona.
Fulgent hæ noſtræ veſtris conſpectibus aræ,
Spiritus & tenuis præconum, & mollia labra
Sunt animata latis conſeſſus munere veſtri.
Vivite FRIDRICI poſthac Tutamine magno
Læti, Pieridum nec deſpectiſſima vulgo
Limina diſpliceat ſimili illuſtrare favore.

C. Synchariſtica ſ. Gratulatoria.

I. In novos Honores.

Ad Perilluſtrem Generoſiſſimumque Dominum,
DOMINUM
Curd Gottfried von Uchteritz /
ELECTORALEM VET. MARCHIÆ PRÆSIDEM,
Cum Magnificos CONSILIARII INTIMI ELECTORAL. Honores indutus eſſet.

Tacit. L. IV. Hiſtor. c. 7.
Nullum majus boni Imperii inſtrumentum, quam Amici boni, h. e.
CONSILIARII.

MUſa decus memora, veteris quo Marchidos oras
Præſentis Jovæ gratia larga beat:

Cœle-

Cœleſtem quando jubet hic ſupereſſe Lycurgum,
Atque piæ Themidos juſſa vigore frui.
Cernis, ut UCHTRITIUS MAGNUS felicia donet
Tempora, quæ grato carmine digna vehi.
Non Hic paganæ patitur Lacedæmonis ævum,
Vel, quod Romanum pertulit ante Numam,
Vel, quod jactato vivebat numine Conſi;
Sed, quo ſtet veræ relligionis honos.
Quam juvat Hunc ſanctæ pietatis ab ignibus uri,
Ad templum quoties æra ſonora vocant!
Quam reverens Numen fertur VIR SUMMUS in unum,
Cui tantos faſces dedicat uſque ſuos.
Hunc merito Myſtæ mirantur pariete ſacro,
Atque DEI plenum ſuſpicit ipſe DEUS.
Hæc laudant alii. Sunt, queis dat *Gratia* Carmen,
Qua Columen dudum eſt artibus ILLE bonis,
Et quam divini verbi præconibus auget,
Quamque gravis Comitem vultus ubique tenet.
Aſt quantum *Pietas* in *Tanto Præſide* proſit,
Aſtrææ dubium non ſinit eſſe nitor,
Juris & o ſedes tu, *Stendalienſe Tribunal,*
Ex quo Juſtitiæ ſpargitur omne jubar,
Dum *Pius* Iſte tuis *Judex* ſolennibus aris
Præſidet, ac Legum vincula ſarta manent.
Hinc etiam noſtris augentur in urbibus ædes,
Muta nec UCHTRITIUM tecta vel ipſa ſilent,
Hoc BRENNI noſtri, quin cœli læta verendo
Munere, quod priſci Palladii inſtar habet.

Quid

Quid mirum, Tanto ſi BRANDENBURGICA tantum
Aula favet, Digno tota Benigna VIRO?
Illa ſuis adytis *Hunc Neſtora* mandat adeſſe,
Conſilii arcani participemque vocat.
Sic adeo *Pietas & Juris candidus uſus*
Grandia vel terris iſta brabea ferunt,
Hoc miranda magis, quod nullus ad iſta cucurrit
Ambitus, accedunt ſed quia ſponte ſua.
Namque velut radios comites habet aureus axe
Ætherio Titan fundit & uſque ſuos:
Gloria ſic ſequitur Virtutis lucida ſigna,
Gloria clara polo, gloria clara ſolo.
Auſpiciis ergo fauſtis indutus Honores
Hos Magnos vivas, VIR GENEROSE, Tuos!
Servet TE, cujus Tu flagras cultibus, æther,
Et faxit Pylios hic ſuperare dies!
Sic totus, quacunque patet, TIBI Marchicus Orbis
Hic vetus, & quis non optat ubique bonus?
Juſtitiæ nobis ita per Te longius ordo
Servatus porro tempora cara dabit.

Ad Magnificum, Summe Reverendum atque Excellentiſſimum Dominum,
DOMINUM
PHILIPPUM MüLLERUM,
SS. Theol. D. & in Alma Salana Profeſſ. P. Extraord. &c.

Nec

Nec non Conſil. Eccleſ. Duc. Saxonic. quin & Præpoſ. & Prælat. ad B. Virg. Magdeburg.

Alieno nomine.

SIqua meos nutrit fiducia lætior auſus,
Queis præſens ad Te litera inepta venit,
Spes erit in MAGNO jamdudum fixa PATRONO,
Spes, cujus felix fructibus ante fui.
Illa leves elegos ad Te comitatur euntes,
Vires atque animum ſola dat illa mihi,
Ut quamvis pangam titubanti pollice verſus,
Attamen ſi tentent ire ſub ora tua,
Nec metuant vultus, gravitatis fulgure plenos,
Nec majeſtatis lumina clara ſacræ.
Scilicet, ut timidus graditur cum navita ponto,
Naufragii curas anchora firma levat:
Ut trepidus pergit peregrino rure viator,
Dum cernat ſtatuæ Mercurialis opem:
Sic meus ignoto pes tendit tramite ad urbem,
Cui Virgo nomen nunc rediviva dedit, Magdeb.
Nympharum retulit quæ quondam culmine cultus
Intacto: huc trepidos audeo ferre gradus,
Virgineamque urbem dum muta voce ſaluto,
Virgineo tinctas geſto pudore genas,
Jamque viæ medio me ferme retro trahebat,
Fama perampla loci, fama perampla Tui,
Diſſuadebat iter tanti reverentia Phœbi,
Talibus Icariis non temeranda viis;

D Sua-

Suaſit iter contra priſci mens fida favoris
  Cuſtos, officii relligioque mei,
Sed tua cumprimis in me propenſa voluntas,
  Et faciles aditus, nec ſine melle, tui,
Tum pronæ Charites dicentis comiter oris,
  Obvius & linguæ ſuave loquentis amor.
Iſta meis metris oſtendunt læta viarum,
  Qualia nec Majæ filius ipſe dabit.
Ergo pace tua tenero tibi gratulor ore
  Pignora felicis mille perampla poli,
Et raras animi dotes, & robora firma
  Corporis, exactum Theioſophique decus,
Nec non fortunæ toties imbellia tela
  Facta, ſtat quorum nunc Tibi victor honos.
Te Salana diu ſtupuerunt Rhetora grandem
  Pulpita, Te Suadæ nobilioris opus.
Seu ſtabilire paras magnorum oracla Sophorum,
  Aurifluus docto manat ab ore liquor,
Pactoli pulchris non exæquandus arenis,
  Nec quas Hebrus habet, dives & unda Tagi:
Sive placet Scriptis memorandum condere nomen,
  Inſtar Panſophiæ totius omne tenes,
Laudatus paſſim, qua ſeſe cultior orbis
  Impendit Muſis Aonidumque choro,
Per libros etiam longinquis cognitus oris;
  Sufficit haud unum nam Tibi, Magne, ſolum,
Sic Te poſteritas inter Polyhiſtoras omnes
  Cantabit ſummum voce verente Ducem;
Nullaque tantarum venient oblivia laudum,
  Palladiæ ſalvum dum decus artis erit.

Quid

Quid memorem mentis validas & corporis una
  Vires? gratari quas Tibi jure licet:
Poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum
  Parte tui quando ſoſpes utraque manes,
O felix animo tanto, quem Numinis alti
  Uſque velit proprium gratia larga Tibi.
Quod ſi Te circum virtutum tanta propago
  Floret amorque poli, deliciumque ſoli,
Quid mirum, facilis ſi Te fortuna ſequatur,
  Omnia commutans nubila luce ſua?
Ingrederis fauſto protectus numine Divum,
  Quæque tenes dignus munera, liber obis.
Gratulor. Hinc etenim Tibi gloria ſurgit honorque
  Quando reviviſcit publica vita Tibi,
Et Solis ritu terras diffundis in omnes
  Ingenii radios officiique jubar,
Urbs quod Parthenii miratur nominis amplum,
  Quod cum Marchiacis Saxonis ora canit.
O ego ſi poſſem Te *Magno Præſule* dignis,
  Quos poſcit pietas, concinuiſſe modis!
Interea ignoſces teneris plus viribus auſo,
  Conanti & laudes ſic recitare tuas,
Dignius extulerint quas proxima ſecula nunquam,
  Quam vera narrent ſi memorentque fide.
Quod ſupereſt, unum votis ardentibus opto,
  Ut vegetus vivas incolumisque diu.
Sit felix pectus cœleſti Numine plenum,
  Abſit morborum corpore mœſta lues,
Floreat æternum flos hic renovatus Honorum,
  Nec tua ſint ullis gaudia mixta malis,

Sic

Sic Te conſtanti Statore hæc Muſa vigeſcet,
Fulta patrocinio, *Magne Patrone*, tuo,
Id quod ſupremo verſu ſubmiſſa precatur,
Si ſperata ſatis ſæpe rogare licet.

Ad Summe Reverendum, Magnificum & Excellentiſſimum Dominum,

DOMINUM

PHILIPPUM JACOBUM SPENERUM,

SS. Theologiæ Doct. Celebratiſſimum, Sereniſſ. ac Potentiſſ. ELECT. SAXON. Concionatorem Aulic. Primarium, Confeſſionarium & Conſiliarium,

Cum BERLINI PRÆPOSITUS, CONSILIARIUS ECCLESIASTICUS, PASTOR, & VICIN. ECCLES. GYMNASIIque INSPECTOR,

Ipſo inaugurationis die conſtitueretur.

MArchia, plaude tibi jam fulgentiſſima magno
Lumine, quod noſtris ſuperi clementia cœli
Et cognata polo Majeſtas BRENNONIS infert
Relligioſa focis. Eſt hoc, quod fulſerat olim
Divinumque jubar primum oſtentare Triboccis
Cœperat, auguſto qua ſeſe culmine Pindi

Argentina diu ſublimes tollit in auras.
Hic Doctorales titulos indutus Agalma
Theioſophum celſo jam tum ſplendore coruſcum
Emicuit, quoties radiaret parjete ſacro
Phoſphorus, ac diæ doctrinæ ſidus & aurum
Promeret ore pio SPENERUS Numine plenus.
Aſt uti mane novo, cum terras luſtrat Eous,
Altius it ſenſim flammantis lucida Phœbi
Atque gradus gradibus viresque acquirit eundo
Fax animata novas, donec progreſſa ſupremum
Æthera contingat, radiis & ſignet adultis
Omnia: Non aliter paulatim creſcere viſa
Gloria caſta Viri, cujus ſanctiſſima cura
Una DEI reverens mens permanet, unus Olympi
Intemeratus honos. Ergo cœleſtia dona
Mox ejus ſtupuit, Mœni quæ lambitur undis,
Urbs, & Cæſarei donata ſtemmate juris,
Cæſareisque datis ſolenniter inclyta pridem
Faſcibus. Heu quantis illic rutilabat honorum
Auctibus! umbonem ſeu ſacrum ſcanderet Heros
Entheus, atque DEI pandens oracula læta,
Ejus toſta pio multorum duceret igni
Corda SPENERUS vere CHRYSOSTOMUS alter:
Seu daret Euſebies puriſſima dogmata doctis
Enucleata libris, nunc fari ingentia quorum
Pondera nec vates queat ex meliore metallo,
Optimus at volvit numeroſos orbis, & ipſum
Robur Aletheæ triplici robuſtius ære
Æternare poteſt celebres non laudibus unis.
Jamque videbatur tanta ad faſtigia dudum

Evectus noſter, queis haud magis ardua dentur
Mortales inter, pietatis quippe decorus
Regali cultu ſtudiisque tenacibus alti
Numinis, atque uſus cœlis operante peramplos
Spiritu, inextinctas qui late ſpargere flammas
Nominis & raras per dotes condere famam
Ipſe ſibi poſſet per ſecula longa micantem.
Protinus illuſtri jucundus SAXONIS Aulæ
Cynthius ille fuit, jam ſcintillantia lucis
Fulgura pulchricomæ MAGNI miſſurus in oras
PRINCIPIS, atque Adytis illius porro ſacrorum
Summus & Antiſtes, princeps & præco futurus.
Huc igitur propius clarum vibrare nitorem
Ætheris auſpicio vel tunc mens concita cœpit
Sat generoſa Viri. Venit gratiſſimus Hoſpes,
Officioque gravi, cujus laudabilis ante
Cura tot immunes communi lege ſepulchri
Fecerat, & rebus pietatis in omnia vivos
Tempora fœcundas impendit pectoris uſque
Magnanimi vires infuſaque robora cœlo,
Semper Teutonico factus celebratior orbe,
Chriſticolumque viget qua relligioſior ordo.
Nunc (o Saxoniæ quantum vos Marchica Munus
Mœnia, poſt quanti debetis pignus amoris!)
Hoc etiam noſtris ſeſe regionibus Aſtrum
Indulget, mirumque dabit per templa decorem
Nutibus augnſtis, decretis atque benignis,
MAXIME BRENNE, Tuis. Quare jam celſa duo-
rum

Intrat

Intrat Teutoniæ Divum penetralia felix
SPENERUS, cernens, quam non ſint omnia vana,
Aut vis ingenii ſortis præſaga futuræ,
Evigilata dedit quæ docto Heraldica quondam
Orbi, nec quævis prognata volumina ſenſu,
Et monumenta, quibus deſcripta Inſignia fulgent
Majeſtasque Ducum priſcis veſtita figuris,
Fallimur? an placuit tanti moliminis Auctor
Ipſis PRINCIPIBUS? Te BRANDENBURGICA
certe
Poſthac Sceptra fovent, Tecum conſueta vereri
Sceptrorum Dominum, Regem pariterque Regen-
tum.
Sic, SPENERE, novis hinc explendeſcere laudum
Augmentis patrioque frui, quod pectore geſtas,
Ulterius cœlo potes, & quem fervida cœli
Inter magnificas urunt incendia pompas,
FRIDRICI clemens moderamen noſcere coram.
Interea magno Tibi dum ſolennia Myſtæ
Feſta parant, vultu Te dum meritisque verendum
Siſtit fauſta dies in Berlinenſibus aris,
Ac Spartæ in ſacræ præſignia munia mittit,
Urbs omnis tollit feſtivo gaudia plauſu,
Tollit & omnis ovans ſub BRENNO PRINCIPE
tellus,
Et noſtræ tollunt, quæ commendarier almo
Exoptant ſeſe, VIR DEVENERANDE, favori
Pierides, curæque tuæ. Sic ordo docentum,
Diſcentesque vovent hodie, ſemperque vovebunt:
Fulgeat in noſtris SPENERUS, fulgeat oris,

Urbis

Urbis grande decus, pietatis Stator in orbe,
Templorum Columen, Muſarum nobile fulcrum:
Fulgeat, & ſeros ſervatus lætus in annos
Marchidos & vaſti colluſtret climata mundi!

Ad Plurimum Reverendum atque Clariſſimum

DOMINUM,

GEORGIUM STRUBIUM,

POET. LAUR. CÆSAR.

Cum rite demandatum munus Paſtoratus Eccleſiæ Werbenſis, vicinarumque Ephoriam ipſa Dominica, qua *de duplici S. Petri piſcatura* agitur, auſpicaretur.

SAlve nunc propius, *Fautor Venerabilis* uſque,
Werbenſi merito carus EPOPTA gregi.
Haud interpoſitum Te nobis murmur Haveli
Amplius, haud mediis invidet Albis aquis.
Jam, ductore DEO, gemina iſta repagula tranas,
Soſpes & in noſtræ Marchidos arva venis;
Quo mea, non ullo poſthac obſtante fluento,
Metra tuis laribus perbreve portet iter.
Sic ergo primum Te nunc mea Muſa ſalutat,
Quodque diu debet, grata rependit epos.
Scilicet hocce tui me poſcit gratia doni,
Quod nuper voto concomitante dabas.
Lecta relecta placet digniſſima luce perenni
Concio plus duplici plena lepore duplex,

Mon-

Montis Havelbergæ qua ſplendida templa canuntur,
Atque horum nitida ſcribitur arte nitor;
Quem ſatis auguſtum ſeclorum cana vetuſtas,
Nunc auctum novitas ingenioſa dedit,
Dædalaque artificis manus, & jam fulgidus umbo,
Omnis & intra alius tam pretioſus honos,
Quam decet ædis opus tantum, Illuſtresque Patronos,
Quorum munifica conſtitit illud ope.
Laudibus iſta ſuis effers Tu ſingula digne,
Dignus, quem laudent carmina docta Virum.
Nec juvat inde minus tibi Cygno dulce canenti
Texta Cathedralis liminis hiſtoria.
Quis priſcus fuerit, quis ſerus Epiſcopus illic,
Ordine non claudo nos tua metra docent.
Illius hinc conſtans Te Montis gratia Vatem,
Et plauſu ſequitur candidiore cohors,
Quæ poſuiſſe tuo pretium non vile labori
Geſtit & in laudes ire, redire tuas.
Et meus hos inter Philadelphus venit Amicos,
O utinam dudum venerim & ipſe Tibi!
Ardeo nam Vates, & in hos ſum natus amores,
Ut nequeam Vatum me ſociare choro:
Quod, velut argutos interſtrepit anſer olores,
Sic neque conveniunt Vatibus illa mea,
Parturit infantis quæ non matura Camœnæ
Spiritus, & Muſæ vix juvenilis ager.
At tua jampridem Te Clio æternat adulta,
Inſerit & ſenibus Vatibus ipſa ſenem,

Ipſa

Ipſa ſenex, vegeto ſed ſemper robore felix,
  Ipſoque ex ſenio nacta ſubinde decus.
Illa percelebrem Te totus Marchicus orbis,
  Poſt cives cultos Nobilis omnis amat,
Cujus difficiles aditus Tu carmine fauſto
  Dum penetras, victor præmia grata refers,
Legibus aſt iſtis, ut victus civis, & omnis
  Nobilis in ſcriptis ſit ſuper uſque tuis.
Carmine nam dignos cenſes, quos carmine flectis:
  Sic verſu memori nomina mille colis,
Eripis & letho Fautorum corda benigna,
  Cum Muſa nunquam permoritura tua.
Ergo prius totus ſitiens arebit Havelus,
  Alveus aut Albis totus inanis erit,
Quam tua Melpomene fama currente carebit,
  Orbi vel ſero qua ſuperare queas.
Jam quod Havelbergæ montes, aræque venuſtæ
  Voce ſalutari perſonuere tua,
Quod Te divinum videre ea pulpita Vatem
  Officii fidum ſedulitate ſuis,
Donec prima Tibi non intellecta ſenectus
  Obrepſit, capiti canitiesque tuo:
Hoc opus egregium, ſi mundus rodit & odit,
  Laude tamen propria munerat ipſe polus,
Cui Tu promptus eras animas ſacrare docendo:
  Hanc operam cœli digna brabea manent.
Ergo gratandus Tibi nunc *piſcoſus Havelus*,
  Ad cujus ripas dum tuus *hamus* erat,
Non pendebat iners, ſed jungens retia verbi
  Divini *piſces* extulit inde ſuos,

Humanas animas, meliori Flamine ductas
  Dignas in cœli porro ſalire mare;
Matth. 13, 47. ſeqq. Luc. 5, 10. Jer. 16, 16.
Ex quo lætitiæ torrentes jugiter omnis
  Vitalesque undas Te præeunte bibant.
Sed nunc rellicto, qui te claudebat, Havelo,
  Albidos & quæ ſunt ulteriora fugis,
Jam fluvium citra mihi præſentiſſimus iſtum,
  Ex quo Tu Vates diceris albus olor.
Sic tamen ad *piſces* multos Te proximus amnis
  Invitat, prædas ſpondet & ipſe novas,
Omine nec vano: nam, qui Werbenſibus aris
  Te primus fixit, quis fuit ille dies?
Certe non alius, quam quo ſacra dogmata Lucæ
  Teque tuumque ſimul perdocuere gregem,
Quam dives fuerit *piſcator* Petrus, in undas
  Retia cum jaceret juſſa favente DEO,
Et cujus lucri præſagum ſymbolon illud
  Extiterit. Simon nempe futurus erat
Captor non muti *piſcis*, ceu ſueverat ante,
  Sed captor, caperet qui meliora DEO,
Audiit hinc *hominum* felix *piſcator*, Jeſu
  Piſcatus verbo millia multa bene.
Quocirca, Spartæ Tibi munera gratulor iſta
  Sincere, ſero fiat ut hocce nimis.
Myſtica Werbenæ tua *piſcatura* per annos
alludit ad τὸ ζωγρεῖν Luc. V.
  Longos tot cœlis lucra *animata* ferat,
Quot *piſces* Albis, vel quot vicinus Havelus,
  Aut aliud uber flumen in orbe parit!

Transvolitare feros Te quæ jam gratia fluctus
  Cœleſtis fecit, qua ſuperante vales,
Hæc ineunte Tibi felix comes eſto ſenecta,
  Hæc det tranquillos & ſine nube dies
Hac duce per cunctas lætus pervade, minantur
  Quas & Sparta gravis, mundus & aſper, aquas!
Sit Werbena tuæ proli fauſtiſſima ſedes,
  Sit lectæ ſoboli verſibus apta tuis!
Vivito, Delicium Muſarum, clare Poëta:
  Ævi maturus ſerius aſtra pete,
Deducens multos in Chriſti gaudia *piſces*,
  Quos aluit terris cœtus uterque tuus.
Munere pro miſſo grates iterare decentes,
  Pro voto pietas reddere vota jubet:
Salve, vive, vale, *Fautor Venerabilis* uſque,
  Æquus & hæc chartæ paucula dona cape
Muſophilique tui mihi, quæſo, mitte lepores,
  Sed noli pretium diſſimulare libri.

Ad Fratrem Dilectiſſimum, Plur. Reverendum
DOMINUM
HIERONYMUM Ungnad,
Eccleſ. Primar. Francof. ad Viadr. Diaconum
Meritiſſ. a. 1695 Philoſophica Laurea
lætantem.
Tit.

Die Krone der Ehren
Schmückt fleißiges Lehren

GAb Rom und Griechenland vorzeiten ſchöne Kronen/
Theils aus der Flora Schooß und grün beziertem Zim-
mer/
Theils gar aus güldnem Schmuck/ die Tugend zu belohnen/
Die unverwelcklich blüht und prangt in gleichem Schimmer/
Weil dero Göttlichkeit dem veſtem Golde gleichet/
Ja mit der Ewigkeit Graß/ Laub und Gold beſchämet;
So wurden warlich dort die Kronen nur gereichet
Dem/ der zum ſauren Fleiß der Tugend ſich bequemet.
Bald ward der Tapferkeit ein ſolches Kleinod eigen/
Wenn Kampff und Gegenkampff erhitzten eintzle Fäuſte/
Bald kunte man hiebey den ſchnellen Läuffer zeigen/
Bald machte gleicher Lohn der Krieger Hände dreiſte.
Triumph/ geſchlagner Feind/ erſtiegne Feindes Mauren/
Ein kühner Sturm und Gang auf deſſen Krieges Flotten/
Ein Muht/ der manchen Tag in Städten kunt ausdauren/
Die Gegentheil umſonſt vermeinet auszurotten:
Nur ſolche Fährlichkeit/ nur ſolches Helden-Weſen
Verdiente Kron und Preiß den tapferen Fürgängern/
Wie beydes Volck dis Lob der Nach-Welt gibt zu leſen,
Und ſeines Alters Zeit noch kan hiedurch verlängern.
Bey Chriſten wird vielmehr derſelbe nur gekrönet/
Nur der gewinnet erſt die Krone wahrer Ehren/
Des unverdroßnes Werck kein Faulheits-Tadel hönet/
Wenn er des Höchſten Ruhm ſoll durch ſein Thun vermehren/
Es bleibet denn ſein Lob/ Herr Bruder wohl gegründet/
Weil ſeines Fleiſſes Lohn iſt eine ſolche Krone/
Mit welcher ſich ſonſt nichts verknüpffet und verbindet/
Denn nur was göttlich iſt und lich für GOttes Throne.
Der Himmel hatte kaum beſeelet ſeine Glieder/
Leib und Gemühte war annoch im zarten Stande/
Bald richtet er dahin die friſchen Augen-Lieder/
Wo Weißheit hielte Schul im liebſten Vaterlande.
Man ſahe dazumahl die Blume ſchon auffwachſen/
Die GOttes Hand nunmehr zur theuren Crone machet:
Sein reich-belobter Geiſt lieff gleich des Himmels Achſen/
Von wannen Kunſt und Witz die Sterblichen anlachet.

Es rühmen andere die Griechen und Lateiner/
Die Lauffen / Fechten/ Krieg und Sieg mit Kronen zierte ;
Sein Lauffen/ Fechten/ Krieg und Sieg war zehnmahl ſeiner/
Weil jene Leibes-Krafft / Jhn eine Seele führte/
Zu lauffen auff der Bahn der unbefleckten Tugend /
Wovon das Heydenthum gantz keine Kron empfangen/
Zu ſtreiten wider das gleich in der erſten Jugend /
Darob kein Hercules möcht vollen Sieg erlangen.
Der Laſter Höllen-Brut beſtreiten und beſiegen /
Das war ſein rühmliches und tägliches Gefechte ;
So kunte der Verſtand bald gröſſern Wachsthum kriegen /
Minerva nahm mit Luſt ihn auff in ihr Geſchlechte.
Die Muſen ſahen drauff die Regung ſeines Geiſtes/
Als er durch Fleißig-ſeyn / daheim gelehrter worden ;
Allein im frembden Land erlernet er ſein meiſtes/
Biß Helmſtädt ihm gezeigt der Weißheit hohen Orden ;
Von deſſen reichen Schatz er mehr als Gold genommen /
Daß jenes Mogols Kron unſchätzbar hat gemachet ;
Weil Seine Munterkeit den Reichthum da bekommen/
Bey welchem Ewigkeit und Heil und Segen wachet /
Der unvergleichlich iſt und ſolche Kronen giebet/
Die um kein Midas-Gold im ſchnöden Wechſel gehen /
Weil hier was Himmliſches begierig wird geliebet/
Das ſeinen Glantz und Nutz auff ewig läſſet ſehen /
Was er denn wohl gelernt / das hat Er wohl gelehret /
Sein treugefliſſner Sinn ſtund in zwo Schulen veſte/
So/ daß im zehnden Jahr der Stand erſt auffgehöret /
Da Kronen gleich um Jhn geſeſſen wehrte Gäſte /
Die mein Seehauſen kennt / und die mit vollen Flüſſen
Hat ſeine kluge Stirn mit Fleiß und Luſt geträncket/
Da wo ſich Havel-Strom und Elbe vielmahl küſſen /
Woſelbſt man ſeines Ruhms noch danckbarlich gedencket.
Auff dieſen doppelten Olympiſchen Gefilde
War Schulen-Schweiß und Staub ſein tägliches Geſchäffte ;
Doch ſeiner Läuffer Kron war GOttes Ebenbilde/
Das fieng in ihnen an durch ſeiner Weißheit Kräffte.
Dergleichen ſchöne Frucht macht ihm die Arbeit ſüſſe.

Die ſonſt an Bitterkeit weit über Wermuth gehet ;
O daß die böſe Welt dafür einſt mercklich büße /
Daß bey der Schulen-Laſt zum Lohn der Undanck ſtehet !
Doch treuer Jonathan / die Schulen ſind ein Tempel
Des Allerheiligſten : der krönet ſeine Lehrer /
Jhr Schul- und Lehr-Fleiß zeigt noch hier und da Exempel /
Wie dero beſter Schmuck ſeyn eigene Zuhörer.
Den Kronen gleichet nichts/ geſt alt dieſelbe leben/
Da andre lebloß ſeyn und ſo und ſo verderben ;
Derſelben hat ihm GOtt/ Herr Bruder / viel gegeben/
An denen wird ſein Fleiß nicht hie nicht dorten ſterben.
Und war des Höchſten Huld in Schulen ſeine Freude/
So blieb mit gleicher Kron er folgends ſchön geſchmücket/
Als er die Seelen führt auff Chriſti grüne Weide /
Die durch ſein Hirten-Ampt ſich hielten hochbeglücket.
Wie traurig war das Hauß im Alten Märcker-Lande /
Da ſein beredter Mund demſelben ward entriſſen !
Wie manches Hertze lag im tieffſten Kummerſtande/
Weil ſeiner Lippen Guß ſo ſchleunig war zu miſſen !
Doch GOttes heilger Ruff und wunderſames Fügen
Hat jüngſt als Leitſtern Jhn nach Franckfurt hingeführet /
Die erſten Schäfflein wird denn GOttes Rath vergnügen /
Und ihre Thränen ſinds / aus denen man verſpühret /
Wie eifrig er ſein Werck / Hertzliebſter / da getrieben;
Ja fromme Seelen ſind da Kronen ſeiner Ehren /
Auff jenen groſſen Tag mit dieſem Satz beſchrieben :
Wir zeugen insgeſamt von Seinem Fleiß im Lehren.
O was vor Segen wird nun an der Oder rinnen /
Woſelbſten GOttes Geiſt Jhm aufftuht eine Thüre/
Die/ wie zu Epheſo ! was groſſes mag gewinnen /
Daß vieler Seelen Licht den Ober-Tempel ziere /
Wenn dero dritter Hirt bald Moſis Donner treibet/
Bald mit Lactantio läſt Milch und Honig flieſſen /
Damit / wenn jener Pfeil das Hertz zur Buß betäubet/
Auch Mittel ſeyn bereit den Schmertzen zu verſüſſen !
Auff/ Märckiſches Athen / du Stadt von groſſem Handel/
Nimm neuen Perlen-Schatz aus dieſes Lehrers Munde/

Laß dieſe Perlen ſeyn bey dir in allem Wandel:
Sie ſind dein Hlmmelreich / und helffen aus dem Grunde/
Wo Krafft und Labſal fehlt. Doch deſſen treue Lehre
Schon Hertz und Ohren gantz bey dir hat eingenommen/
Daß die Gemeine ſelbſt iſt ſeine Kron und Ehre/
Der darff nicht allererſt durch Lobſchrifft zu dir kommen/
Und gleichwohl freut er ſich noch einer Ehren-Krone/
So/in der wehrten Stadt ihm heut wird auffgeſetzet/
Da die Philoſophie ihn krönet mit dem Lohne/
Des dieſes Lehrers Fleiß vorlängſt iſt wehrt geſchätzet.
GOtt / Muſen / Schul und Kirch umgeben Jhn mit Liebe/
Wie kan mein Liebes-Wunſch/ Herr Bruder / auſſen bleiben?
Sein und der Seinen Licht ſey nimmer/ nimmer trübe/
Der Weißheit Ehren-Kron muß in dem Glück bekleiben/
Das meine Seele wünſche. Dis M. ſey ſo geſegnet/
Daß tauſendfaches Heil dadurch bedeutet werde/
Damit/ wie GOttes Wort durch ihn ſehr reichlich regnet/
Alſo ſein Dienſt und Hauß ſey fern von Angſt-Beſchwerde.
Vornehmlich laſſe GOtt den Eifer ſeiner Lehre
Gehn im Gedeyen fort/ biß einſt nach ſpäten Jahren
Er mit den Seinigen dort nehme Kron und Ehre/
Da treuen Lehrern wird was beſſers wiederfahren.

2. IN NUPTIAS.
MAGNES CONNUBIALIS
Gaudio & Honori SPONSI,
VIRI
NOBILISS. EXCELLENTISS. atq; AMPLISS.
DOMINI
JOHANNIS ANDREÆ DANZII,
Linguar. Oriental. in Alma Salana Profeſſ. P.
Ord. Celeberr. Ejusdemque honorifice
deſignati
RECTORIS MAGNIFICI,

AC SPONSÆ
VIRGINIS
NOBILISS. OMNIUMque SEXUS SUI VIRTUTUM DOTIBUS INCLUTÆ
ANNÆ HEDEVVIGÆ,
Filiæ dilectiſſimæ VIRI quondam NOBILISS. EXCELL. atque CONSULTISS.
Domini Gabrielis Lutheri,
Camer. Elect. Brandenb. & Seren. Princip. ac March. Brandenb-Baruth. Aulæ ac Juſtit. Conſiliarii Graviſſ. Auſpicatiſſimus,
Quem nomine COLLEGARUM QUORUNDAM GYMNAS. BERLINENS.
Quos inter tunc ipſe eram, ſic deſcripſi.

AUrea pertraxit, non *ferrea* pectora *Magnes*,
Qui Vos eſt thalamo jungere doctus, amor
Diviſos varii longo diſcrimine cœli,
Jam nexos nodo cuncta ligante poli,
Aureus èſt Magnes SPONSI immortale, gemella
Albidos & Salæ quà fluit unda, Decus.
Illi flexanimæ Suadæ non deficit *aurum*,
Non vultus tacito dux in amore vigor.
PHILOLOGUS Celeber, Sophies Prænobile Pignus,
Omnis poſſeſſor quin Orientis opum
Fœcundo promit peregrinas pectore linguas,
Grandis honos Jenæ deliciumque ſuæ,

Phœbus ubi meritos faſces mox porriget olli,
  Sceptrigeroque dabit numina magna Viro.
Quid mirum, NYMPHAM ſi vis *magnetica* tanta
  Auguſta BRENNI ſede movere poteſt?
Aureus & Magnes iſtius *Virginis auro*
  Splendidiora Genus congenituſque pudor,
Et, quæ cœleſtes LUTHERI laude PARENTIS
  Uſque refert Manes, intemerata fides,
Sanctaque candoris nudi tutela, tenelli
  Hinc oris charites, mellifluique joci.
Aurum ſic *auro Magnes Hymenæus*, Olympo
  Auſpice, præſenti conſociare die,
Connubiique parat dulci connectere vinclo.
  Euge! Pari digno lux hodierna favet,
Inſimul atque choro pleno conjunctus ovantum
  Spiritus hæc noſter gaudia firma vovet.
Pronubus is *Magnes* quam feliciſſimus eſto!
  Berlini, Jenæ plurima læta ferat.
Tendat in occaſum triſtem *magnetica* nunquam
  Fortunæ, maneat recta ſuperſtes *acus*,
Agnatique poli radios immota ſalutet:
  Hinc ſit conjugibus vita ſaluſque novis.
Sic Grandævus *Avus Sponſæ* proſperrima fata
  Audiat, ac ſoſpes gaudeat inde magis,
Stemmatis & Magni circumſtans lucidus Ordo
  Magnetis cernat *Conjugialis* opus,
Quo vivo augeſcat diffuſa corona Nepotum,
  WEISIUS æternum quo revireſcat *Avus*.

In eadem Hilaria, pro alio.

HOchEdles Tugend=Paar/ des Himmels holder Glantz
Hat ihnen vorgetantzt/ ſo kommen ſie zuſammen/
Sie ſtehn in reiner Glut der keuſchen Liebes= Flammen/
  Sie binden Hand mit Hand/ und gehn zum Hochzeit=Tantz.
  Herr Dantz als Bräutigam kömmt (welch ein Tantz iſt
   das?)
Von weiten Orten her/ von Pindus hohen Zinnen/
Da ſeine Weißheit bald das Scepter wird gewinnen/
  Thut hier den Liebes=Tantz. Ey lieber wie? durch was?
  Die Jungfer Lutherin/ ein Edles Nymphen=Bild/
Der Klugheit theurer Schmuck und Schatz der Charitinnen/
Paart auff des Höchſten Zug ſich mit den Pierinnen:
  So wird die Tantz=Luſt ihm/ Herr Dantz/ ſehr wohl geſtillt,
  Der Tantz geht freudig an mit ſeiner Täntzerin/
GOtt laſſe Glück und Heil derſelben Fuß begleiten/
Und grünes Wohlergehn fort blühn auff allen Seiten!
  Sie tantzen beyderſeits nach Jena glücklich hin!
  Der erſte/ Freuden=Tantz/ den heut ihr Ehren=Tag
Nach Wünſchen heiſchen wird/ ſey vieler Täntze Lehrer/
GOtt aller Lieblichkeit und alles Segens=Mehrer
  Beſchere lauter Luſt/ und was ergetzen mag!
Nec tamen EMERITUS. Sic Tu bona publica curas,
Ut ratio vitæ ſit Tibi nulla Tuæ:
Sic *decies ſenos* nunc vivis *clarus* in annos,
Charus & uſque *polo*, *charus* & uſque *ſolo*.
Te Duce Grandævo lætatur noſtra juventus,
COLLEGAS inter NESTORIS ora geris.
Gaude ſorte tua *Sexagenarie* Felix:
Felicem vere Te Schola, crede, facit.
Servet Te Muſis, toties qui ſervat, Olympus:
Sæpe Genethliacus ſic remeato dies!
Ævi maturus donec migrabis ad aſtra,
DOCTORI EMERITO quæ Tibi ſerta dabunt,
Plena Phœbigenum Te circumſtante corona,
Te ſub AGONOTHETA quæ pia bella gerit.

Annus, quo hæc componebam, erat 1692. Duravit *Seculi noſtri Quintilianus* WEBERUS, ſanctiſſima mihi æternum pietate Colendus, in laboris Scholaſtici laudibus in hunc uſque annum 1698 quo beatiſſimam animam cœlo reddidit.

Sic adeo nunc exultat ovatque immixtus Angelicis cœtibus, quorum LX. Fortes ipſi in Natali cuſtodes apprecatus eram ex Cantic. III. 7. deſumto voto:

היה

הנה היום ששים שנה לך
יהיו ששים גברים סביב לך
יחיו מצרך גברי מיכאל

Geſegnetes hohes Alter/
Unter dem Sinnbild eines unbewegten Palmbaums/
Mit der Beyſchrifft/
Adverſus Pondera ſurgit,
Er ſteigt und wächſt mit Luſt durch ſchwere Laſt hinauff/
Geſchrieben
Auff den Sonntag Palmarum,
Als
Den Geburts-Tag
Eines vornehmen Raths-Cämmerers und Kauffmanns in Berlin.

Non meo, ſed alius nomine.

DEs Palm-Baums grünen Stamm kan keine Bürd entkleiden
Sein hoher Gipfel weiß von keiner Jahre Lauff/
Was ſonſten unterdrückt/ mag ſeine Pracht beneiden/
Er ſteigt und wächſt mit Luſt durch ſchwere Laſt hinauf.
Herr Vater/ da mir das ein Sinnbild ſo entdecket/
Schau ich im Segen an ſein ſilber-weiſſes Haupt/
Das ihm von GOtt geſchenckt/ kein Ach und Kummer ſchrecket/
Und deſſen ſchöne Zier noch bleibet unberaubt.

Dem hoben Alter nach kan er ein Palmbaum heiſſen /
  Auff welchen GOttes Aug und Hand ſich lencket hin/
Daß weder Sturm noch Blitz die Zweige muß zerreiſſen/
  Beſondern ihre Pracht ergetzet Aug und Sinn.
Schlug ſchwere Unglücks-Laſt den Palmbaum vor faſt nieder,
  Als er umgeben war mit lauter Trauer-Flor/
So kömmet nach der Laſt / doch Luſt und Freude wieder /
  Und jene drückt nicht mehr / als nur ein leichtes Rohr.
So iſt es groſſe Laſt/ daß ihn der Tod geſetzet
  In Stille die nicht ſtill / in trüben Wittwer-Stand /
Doch ſteht ſein Glück und Muth deswegen unverletzet/
  Auch unter ſolcher Laſt wird er vergnügt genannt.
Der Jahre Menge gleicht zwar auch ſehr groſſen Laſten/
  Und ſcheint der Palmbaum hie zu ſincken nach und nach/
Doch findt ſich bey der Laſt zugleich erwünſchtes Raſten/
  Daß unſer Palmbaum grünt durch vieles Ungemach/
Und ſteiget in die Höh / und mehret ſeine Zeiten /
  Die mit Verwunderung zehlt unſer gantzes Hauß /
Um welches Werthteſter/ ſich ſeine Blätter breiten/
  Da GOttes Gnaden Blick treibt alles Weh hinaus.
Wol ihm/ Herr Vater / denn an dieſem Palmen-Tage/
  Dran ſein Geburts-Tag fällt nach GOttes Schickſal ein,
Sein hohes Alter blüht / weil keine Sorg und Plage
  Den GOtt geliebten Geiſt kan heiſſen traurig ſeyn.
Er freue ſich mit uns / wie wir uns ſeiner freuen /
  Der ſchöne Palmen-Tag ſey mir forthin geneigt/
So lange meine Seel kan Wunſches-Palmen ſtreuen /
  So lange mir Natur und Feld was grünes zeigt.
Er bleibe wohlbeglückt / o Säule meiner Jugend/
  Nichts freſſe ſeine Zier und Palmen-Zweige ab/
Sein froher Wachsthum hebt mich zu dem Thron der Tugend/
  Den Frühling nehme mir doch nie des Vaters Grab.
Kömmt weiter Laſt auff Laſt / der Höchſte gebe Seegen/
  Daß unſer Baum dennoch nach langer Jahre Lauff
So prange/ wie vorhin/ der Bürde ſelbſt entgegen/
  Und ſteig in aller Luſt durch ſchwere Laſt hinauff.
Bey ſolcher Lieblichkeit grünt meine Freude lange/
  GOtt und mein Palmenbaum krönt meiner Zeiten Blüt/

Es

Es ſtehe Stütz und Stamm / daran mein Glücke hange /
  So weiß ich daß man einſt den andern Palmbaum ſieht.

5. *Sub novi anni auſpicium,*

Filius quidam ad Patrem mea vena.

Ein Ring zum Sinn-Bild beharrlicher Glückſeligkeit/

Mit dem Beyworte

Nusquam finis. Nirgend geendet.

DAs Jahr gleicht einem Ring. Der gehet rund zuſammen,
Und wirfft vom reinen Gold an allen Orten Flammen /
Den Circkel hat die Kunſt daran herum gewendet/
Nirgends geendet.

Der Anfang ſey davon/ an welchem Theil man wolle /
Doch ſchickt ſichs alles ſo/ daß es zurücke rolle/
Noch wird des Ringes Kreiß durch keinen Schluß gewendet/
Nirgends geendet.

So hängt des Jahres Ring zuſammen durch vier Glieder/
Scheint eines auszugehn / gleich kömmt ein andres wieder/
Weil die Natur beſteht/ wird dieſer Lauff gewendet/
Nirgends geendet.

Der Sonnen Wagen fährt des Sommers etwas ferne /
Und gleichwol / wenn er hat durchſtrichen ſeine Sterne /
Wird wieder rings herum ſein ſchnelles Rad gewendet/
Nirgends geendet.

Herr Vater/ gleicher weiß wird meine Pflicht getrieben /
Den Nachdruck ſeiner Huld Jahr aus Jahr ein zu lieben/
Der Ring von meiner Treu wird mit dem Jahr gewendet/
Nirgends geendet.

Geſtaltſam ſeine Güt vorlängſt mich hat umringet/
Daß Hertz und Mund davon ſtets Danckes-Lieder ſinget /
Von meiner Wohlfahrt wird dieſelbe nie gewendet /
Nirgend geendet.

Drum

Drum wünſch ich heute recht: GOtt laſſe deſſen Glücke
Gleich einen ſchönen Ring / den fort kein Leyd zerſtücke /
Die Freuden-Scheibe werd auch fürder wohl gewendet /
Niergends geendet.

Es ſtehen ſeine Jahr als wie das Gold am Ringe /
Sie blei- en hocherfreut und voller frohen Dinge /
Der Kräffte Gnaden-Ring werd immer umgewendet /
Späte geendet.

Was unſer gantzes Hauß von oben frölich machet /
Daß mit mir alles itzt darüber jauchtzt und lachet /
Das werde fort und fort alſo uns zugewendet /
Nimmer geendet.

Kein Schmertz und Ungemach betreffe Stamm und Zweige /
GOtt gebe / daß ich bleib ein freudenreicher Zeuge /
Wie ſtetes wohlergehn uns werde zugeſendet /
Nimmer geendet.

Das Glück iſt ſonſten rund / weil es ſo leicht umſchläget /
Und bey den Sterblichen nur Ach und Weh erreget ;
Hier ſey es mit Beſtand / doch rund / und wenn ſichs wendet /
Nimmer geendet.

Es müſſe / Vater / ihn des Himmels Heer begleiten /
Ruh und Erquickung ſteh ihm folgends an der Seiten ;
Wohl mir! wenn ſeine Luſt wird nimmer ſchlimm gewendet /
Niergends geendet.

Das iſt der Glückes-Ring mit Seufftzern ausgeſetzet /
Darein mein gantzes Hertz durch Wünſchen iſt geetzet :
Die Freude müſſe ſeyn / wenn manches Jahr ſich wendet /
Niergends geendet.

Drück Himmel / auf den Ring das Piſchaft deiner Gnaden /
Das Pitſchaft ſchütze uns für allen Leyd und Schaden /
So wird mein Reime-Ring noch öffters umgewendet /
Nimmer geendet.

(o)

An

An zweene Wohlgebohrne Herren Und Churfürſtl. Brandenb. Hoch-anſehnliche Diener in Kriegs- und Friedens-Sachen.

Alieno Nomine.

Tit.

Carm. Gratulatorii

erat:

Sinn-Bild

Von der Kriegs- und Friedens-Staats-Klugheit /

Ein Schiff auff der See /

Mit dem Beywort:

ARTE REGENDA.

Die Klugheit muß das Steuer halten.

DEr naſſe Rücken Oceans kan manches Schiff nicht lang regieren /
Wenn Wind und Wellen-Macht darwider unbarmhertzig ſtürmet /
Doch wird alsdann ein anderes in vollem Ungeſtüm beſchirmet /
Wenn diß darauff der Leitſtern iſt : Die Klugheit muß das Steuer führen.

Ver-

Vergönnet / Hochanſehnliche / das / was ich dencke zu entdecken:
Der gantze Staat von Brandenburg in Kriegs und Friedens hohen Gängen
Gleicht vielen Schiffen auff dem Meer / daran ſich Wind und Wetter hängen /
Was macht es / daß dieſelbe nie daher gerahten ſind in Stecken?
GOtt und das Auge Friederichs des klugen Fürſtens hält die Wache /
Und Ihrer Beyden Argus Witz regieret Kriegs- und Friedens-Läuffe /
Daß durch die Segel ohne Krafft verboßtes Ungewitter ſtreiffe /
Der Ancker ihrer Klugheit macht hie Sicherheit und gute Sache.
Sie geben zween Ulyſſes ab / wenn Mars die Flaggen wil zureiſſen /
Und Scyllen und Charybdis Schlund den Schiffbruch in der Tieffe brütet /
So wird an jenen aller Schad / und was zuſchmettern kan verhütet /
Weil ihres Rahtes Mittel Punct der Feinde Tücke kan zuſchmeiſſen.
Iſt in Egypten Pharos Thurm der Welt ein groſſes Wunder worden /
Seit dem daß Ptolomäus ließ dis koſtbare Gebäude bauen /
Bey deſſen Licht daß Ruderwerck kan durch die ſtoltze Bülgen hauen /
Wenn gleich das Schrecken ſchwartzer Nacht ſonſt hindern wil den Schiffer-Orden;
Sie leuchten / Hochgeprieſene / im Brandenburgiſchen Staats-Zimmer
Weit über Pharos Fackeln-Glantz: wenn ſich will Bahn und Spur verlieren /
Heiſſt ihrer Schiffart Haupt-Maxim: die Klugheit muß das Steuer führen /
So geht des gantzen Landes-Schiff beglückt / und fürcht den Schiffbruch nimmer.

Wolan

Wolan des alten Jahres Lauff wird freudig heut zurück geleget
Und nimmt des Regimentes Schiff die Kriegs- und Friedes-Rüſtung wieder /
Auch auff des neuen Jahres See zu ſchlagen Fluth und Wellen nieder /
Der Himmel gebe beyderſeits / was ſich an Wünſchen in mir reget:
Sie / groſſe Mözenaten / ſeyn des Brennus hochbeglückte Räthe /
Durch die das Siegs- und Friedens-Schiff ſort habe ſicheres Geleite /
Und dero hocherlauchter Geiſt mit der Bellona mächtig ſtreite /
Die leyder auch ins künfftige wird ſchweben über manche Städte.
Ihr wunderſchönes Glückes-Schiff geh deshalb im vermehrtem Segen /
Der Höchſte treibe ferne weg der Kranckheit und des Todes-Klippen /
Ja alle Syrten bete weg der reine Seufftzer meiner Lippen /
Es müſſe ſich getreues Heil um ihre Segel ewig legen.
So wird das Chur-Hauß Brandenburg durch ihre Klugheit ferner ſtehen /
Von Feinden immer ungekränckt / und mit dem Kriegs- und Friedens-Steuer
Vermittelſt ihres hohen Raths zertheilen Krieges Sturm und Feuer /
Auch meiner Wolfahrt Schiff wird dann in ſeinen Hafen endlich gehen.

Ad Auditores meos Dilectiſſ.
Diſcipulos Primæ claſſis in Gymnaſio Berlin.

SI non ſera nimis veniunt gratantia verba,
  Ex imo dum ſint pectore promta bona,

Non

Non ingrata feram pro vobis carmine vota,
Quæ brevis haud potuit diſſoluiſſe mora.
Quæ *Collegarum*varie veneranda meorum
Vovit, & ut ſtatuo, pondere plena *Trias*,
Cuncta, novo vobis quæ quisque precatur in anno,
Quæ Schola, quæ templum, quæ ſua cuique domus,
Senſibus hæc imis maneant ut porro repoſta,
Signabo votis vota priora meis.
Vos eſtis, patriæ quos ſpes *deſignat* honosque,
Huc miſſos olim reddat ut ipſa ſibi.
Vos tot quotidie lacrymæ, tot vota Parentum
Signant, & longe cominus atque petunt.
Vobis impreſſit divina pronœa *Sigillum*,
Queis facerent artes Enthea corda piæ.
Inſignes adeo cœleſti (hem gloria!) *ſigno*
Quis non Præceptor *ſignet* amore ſuo?
Quod ſi alias, ignes peperit cum pronuba Juno,
Adjicit & flammis *ſigna ſigilla* novis,
Credite, non ardent minus & vos, optima corda,
Uſibus hic veſtris quos dedit ipſe DEus.
Dulcia pertentant certe mihi gaudia pectus,
Ad vos me quoties ordo redire jubet.
O utinam contra, quod noctes opto diesque,
Agmine conflueret veſtra favente cohors!
Sed quam jucundum fuit ante hunc viſere cœtum,
Non ita cum vidi civibus orba ſuis,
Quæ nunc interdum ſubſellia inania cerno,
Si poſſent, gemitus muta datura graves;

Sic

Sic doleo merito, multos rupiſſe *Sigilla*,
Quæ Deus & Virtus juſſerat eſſe ſacra.
Ergo perpetuas ut res obducta *Sigilla*,
Conſtantem pacti ſignificantque fidem:
Vos ita pro ſtrenæ jam munere dono *Sigillo*,
Deſidiam mens eſt quo prohibere levem,
Pandere ſed contra, quam ſit conſtantia vobis,
Ni fruſtra ſtudiis invigilatis, opus.
Nil valet ante labor, ſiquidem conſtantia deſit,
Quæ quod continuum eſt, ſola coronat opus.
Hac ſine certantem nequeunt decorare triumphi,
Nullaque currentes læta brabea manent.
Nonniſi conſtantes cœleſtia dona ſequuntur;
Nil interruptum nobile nomen habet.
Ergo agite, o juvenes, niſi ſpes agitatis inanes,
Cernite, qua vobis ſit capiendus honos.
Non ille in plumis, ſunt ut vaniſſima multis
Somnia, non lecto deſide forte jacet,
Sed ſtudium poſcit, ſtudio venit ille tenaci;
Mentibus ignavis eſtque manetque procul.
Quæſo igitur, nova ſit cuivis conſtantia veſtrum,
Ut ſol inſtaurat tempora noſtra novus.
State viri: ſtando vincebat dextera Moſis:
Standum militibus claſſica noſtra canunt.
Ætnæam tenero, fateor, ſub pectore molem
Volvitis, & durum Muſa faceſſit onus,
Flagitat hæc noctes inſomnes, gaudia pellit,
Ætatis primæ deliciumque vetat
Sed tamen Herculeis vincit qui viribus iſta,
Sedulitatis habet præmia certa ſuæ.

Sunt

Sunt artes ſtudio venales, artibus omnis
  Venit honos: dantur multa in honore bona.
Non igitur primi linquetis juſſa *ſigilli*,
  Improbus at pergat tramite quisque bono,
Ætas dum patitur, cupidus ſectator honeſti,
  Ingenii cultor fervidus atque ſui.
Sed cum nil veſtræ poſſint ſine Numine vires,
  Cujus ab auſpiciis omnia noſtra vigent.
Ipſa DEI ſervent vos confortentque *ſigilla*,
  Optima quæ votis dona *ſecunda* fero.
Robora dant Regum ſcriptis affixa *ſigilla*,
  Vosque novis cumulet viribus ipſe DEus.
Hic validum præſtet corpus, vim mentis & una
  Suſtentet forti porro benignus ope,
Ut veluti JEſus annis adolevit & arte,
  Sic vobis creſcat dives utroque vigor,
Largaque fœcundet poſthac vos gratia cœli,
  Aptos officiis efficiatque ſuis.
Tertia ſic vobis jam nunc offerre licebit,
  Quæ veſtrûm ſpondent, pulchra *ſigilla*, decus.
Grandis honor, Regum ſiquem decorare *ſigillis*
  Sors volet; at ſtudiis gloria major ineſt.
Hæc vos delectent utentes Auſpice ſummo,
  Illa ſolo celebres dent celebresque polo.
Vivite felices, o noſtri, vivite! *trina*,
  Quæ vovi, firmet cara *ſigilla* DEus!

(O)

6. In dies Nominales.

An
Den Wohlgebohrnen Herrn/
Hn Sylveſter von Danckelmann/
Churfürſtl. Brandenb. Hochbeſtalten würcklichen geheimen Rath/ und Hochanſehnlicher Präſidenten im Hochpreißlichen Cammergericht und Conſiſtorio.

Alterius nomine.

THEMA.

Die bey GOTT und Menſchen
Hochgeprieſene Gerechtigkeit/
Unter dem Bilde
Eines Palmbaums/
Mit der Beyſchrifft:
Cœlumque ſolumque coronat
Er krönt den Himmel und die Erde.

DEr Palmbaum pfleget unter ſich und in die Höh hinauff zu wachſen/
Was könte deſſen Beyſchrifft ſeyn? Er krönt den Himmel und die Erde/
Damit von ſeinem Untertheil das gantze Land geſchmücket werde/
So ſteigt des Gipfels hohe Pracht hin zu des holden Himmels Achſen.

Verſtatte/ theurer Solon/ mir/ das Gegenbild hier aus zu drücken/
Auff welches mit Verwunderung vorlängſt der Themis Auge ſchauet/
Und welches der Aſträen Hand wie ein Palladium gebauet/
Daß nun des Groſſen Brennus Hauß geruht in Gnaden anzublicken.
Er ſelber iſt der Palmenbaum / Gerechtigkeit deſſelben Blüte/
Die edle Zweige zeiget da der ernſte Nachdruck der Geſetze
Die Früchte ſieht man weit und breit geſchätzet über alle Schätze/
Weil beydes Straff und Schutz bezeugt | Sein fürs Recht eyfrendes Gemüthe.
Dergleichen Palmbaum krönt nicht nur die Erde / Stadt und viele Lande/
Wo ſeiner Treflichkeiten Ruhm dem Stuhl der Areopagiten
Und gegen Conſus Tempel kan Trotz jenen alten Römern bieten/
Sein kluges Urtheil ſtützet hier die Billigkeit in allem Stande/
Beſondern dieſer Palmbaum krönt des Himmels hocherhabene Zinnen/
Auff welchen der Gerechtigkeit die Göttlichkeit iſt beygeleget/
Da dieſe/ kluger Ulpian / von ihm wird ſtattlich ausgepreget/
Kan manche ſchöne Lobes-Cron des Himmels Thron daher gewinnen.
Von dem Regenten-Palmbaum wird der Sternen-Saal ſo offt gezieret
So viele Rechtes-Schlüſſe ſie an GOttes ſtatt hienieden ſetzen/
Sie ſind es/ welche GOttes Sinn in Schrifft und Hertzen eyfrigſt ätzen/
Weswegen ſie GOtt ſelbſten hat als groſſe Götter tituliret.
So müſſe dann der Palmenbaum/dem des Lycurgus Blätter weichen/
Desgleichen nie geſehen hat Athen des Griechenlandes Wunder/

Mit

Mit mehr denn tauſendfachem Glück von GOtt gekrönet seyn jetzunder/
Da deſſen hohes Nahmens-Feſt gibt ungemeine Freuden-Zeichen.
Der Palmbaum kröne Brandenburg auch weiter in dem Neuen Jahre/
Der Himmel / dem er Cronen trägt durch Ordnung heiliger Geſetze/
Verſchaffe/ daß den Wunder-Stamm kein rauher Unglücks-Sturm verletze/
Auch durch deſſelben Blut und Krafft kein Kranckheits-Wind hinfüro fahre.
Das, Hoher Mözenat / wird heut und morgen und noch lange Zeiten/
Die Summe meiner tieffen Pflicht und alten Schuld der Wünſche bleiben/
Er grüne wie ein Palmen-Baum/ dem ſelbſt die Laſten höher treiben/
Und laſſe ſeinen Schatten mir geneigtes Glück und Licht bereiten.

Ad

Plurimum Reverendum atque Clariſſimum

DOMINUM

M. ANDREAM RITTNERUM,

Ecclef. Berolin. ad D. Mar. Archidiaconum Meritiſſ.

Pro alio:

Tit.

erat

Andreas vere Andreas

h. e.

Strenuus in palæſtra Eccleſiaſtica athleta & Victor.

Andrea

ANdreæ redeunt Tibi dum ſolennia feſta,
Exoptata tuis omnibus atque mihi:
Quid *Reverende*, tuis meritis mea Muſa tenella
Ac pinguis dignum jam ceciniſſe poteſt?
Diceris *Andreas*: Et Nomen comprobat Omen;
Numine pro vero Te geris ipſe *Virum*,
Atque *Heroa* Sacrum, cujùs divina per arma
In vanum Satanas, orbis & orcus eunt.
Samſonis ut quondam cœleſti robore plena
Dextra Philiſtæos miſit ad antra necis:
Herculis aut qualis ſternens immania monſtra
Paſſim gentili dicitur ore manus.
Tu majora facis rigidi non cuſpide ferri,
Vix ſimilem ſtipulæ quam Cacodæmon habet;
Sed virtute DEI, præconibus addita fidis
Maſcula quæ vincit cuncta inimica polo,
Tu quoties acuis facundæ ſpicula linguæ,
Non forte Hectoreis viribus illa quatis,
Divite quin potius verbi deprompta pharetra
Projicis in mentes, Flaminis arte ſacri,
Et projecta domum truculenti Ditis iniquam
Turbant & Domino redditur illa ſuo.
Præterea vincis, mœſto dum mollia verba,
Suavis ut Ambroſius, ſcis adhibere gregi,
Lacteus & Doctor vibras dulciſſima tela,
Tela, redit miſeris ſenſibus unde vigor,
Spiritus & torpens olim jam vividus ire
Incipit, ac Satanæ murmur inane ſilet.
Sic adeo *Andreæ* tibi conſtat nomen & omen,
Ominis & pariter ſtat venerandus honos.

Quid mirum, Victor ſi fortis & ante malorum
Præſenti inſtituis lætus ovare die?
Gratulor his feſtis! Sint, ſint felicia bella,
Quæ porro in Domino relligioſa geres.
Ingrediare diu fauſtus victricibus armis,
Quæ per Te ſummus Dux movet ipſe Deus.
Non unquam metuas adverſæ haſtilia ſortis,
Non morbi vulnus vivida membra premat.
Sic tandem ſera linquens mortalia morte
Vinces, & Victor ſidera celſa petes,
Andreæ dotes ſacras animumque virilem
Quæ nunc mirantur ſuſpiciuntque diu;
Emerito tandem ſed pluribus atque triumphis
Aucto donabunt digna brabea Viro.

Scholaſticæ Spartæ Symbolon *AMYGDALUM*

VIRO

Nobiliſſimo, Clariſſimo atque Præcellentiſſimo
DOMINO

M. SAMUELI RODIGAST,

Philoſopho, & Philologo, Celeberrimo Gymnaſ. Berolin. tum CONRECTORI, (nunc vero RECTORI) digniſſimo & inſigniter Merito,

Domino Præceptori olim,

Poſtea
Collegæ, etiamnum Fautori ſanćte amando & colendo,
Ipſius feliciſſimo Onomaſterio d. 26. Auguſt. A. O. R. MDCXCIII.
Paucis Diſtichis enucleatum mittebam
Illius gaudii perennitatem optans diutiſſimam,

Amygdalum

cum lemm.
Latet dulcis duro ſub cortice fructus.

MUnera de Viadri ripis hortenſia nuper
   Accepi feſtis, CARE, retenta tuis.
Exiguum munus; ſed quod mens candida gratum
   Voto reddiderit concomitante pio.
Si placet, amotus Tibi pandat *amygdala cortex*,
   Dulcia quæ duro tegmine ſepta latent.
Non aliis noſter delectat legibus ordo,
   Cœtibus & prodes non ſecus ipſe tuis,
Franguntur proprii paulatim corporis artus,
   Artis dum clauſum rite recludis opus,
Dum ſapit ambroſiam porrectus nucleus inde,
   Aoniique juvat membra polita gregis.
Cortice ſub duro ſtudii longique laboris
   Tu Phœbo *fructus* Phœbigenisque dabas,
Cum Te Jenenſes demirabantur Athenæ,
   Florentem celſo plus duo luſtra loco.

Cortice Tu *duro* nunc immanisque laboris
   Enata ſpargis talia poma diu,
Urſiacis vernant qua Muſis florida Tempe,
   Annis bis ſenis quæ tuus ambit honos.
O fortunatam, cui fundis *amygdala*, pubem!
   Fercula, crede, iſthæc, Græca, latina, placent,
Et placuere mihi, gratum quem ſemper habebis,
   Dum mea vitalis continet oſſa calor.
Tu poſthac ſcholico cœleſtes pulvere *fructus*,
   Clare, precor, felix incolumisque feras!
Sis maneasque polo tam ſuavis *amygdalus* arbor,
   Quam ſacri quondam virga Aaronis erat.
Flores & fructus cui nox donaverat una,
   Quæ ſubito viruit ſicca, rigante DEO.
Hæc viruit; Vireas Tu longum ſoſpes in ævum,
   Lætior & præſens uſque redito dies.
Sic tua divinum conſervet *amygdala* Numen,
   Pingueſcat juvenum queis ſtudioſa cohors.
Et Tu ſudoris *duro* dum *cortice fructus*
   Elicis, immenſum molliat æther onus,
Corporis ac lætæ firmato robore mentis,
   Ut comitetur opus fertilis omne viror.
Sic diuturnus agas gaudentes inter amicos,
   Quos Schola, quos thalami junxit amica fides.
Denique, cœleſti repetito ſerius horto,
   Illic percipias gaudia mille DEI,
Spargit ubi felix Hymenæus *amygdala* ſolem
   Non experta gravem, pulvereumque ſolum.

Aliud in Cariſſimum Ejusdem VIRI Onomaſma A. C. 1698.

MEſſibus Auguſtum præſentem rure legendis
Dedicat, & late gnavus Cerealia dona
Colligit agricolæ labor, ut genialia feſta
Vel ſterilis brumæ non ulla refigat egeſtas.
Et Tibi meſſis adeſt *Auguſto menſe* renata,
Meſſis lætitiæ, quam nominis ille celebris
Floſque vigorque Tui, redeunte *Onomaſmate* fauſto,
Urſiacis tecum Muſis, tamen eminus una
Et mihi reſtituit gratanti voce canendam.
Largior illa Tibi nunc primo meſſis in anno
Ecce venit, noſtri dum *ſecli Quintiliano,*
Rectori emerito WEBERO ad ſidera vecto
Succedis Rector dudum digniſſimus illic,
Tot jam luſtra Tuos ubi docta Minerva labores
Palladios memorat, nec natas paupere fundo
Ingenii dotes, & culti verticis aurum;
Qui mihi, qui multis aliis hac meſſe beatis
Eſſe dedit, vario qua nunc in munere læti
Utimur, ad noſtræ pietatis grata ſubinde
Signa pie reduces. O feliciſſima rura
Gymnaſii, fido quæ dum Te Pane vireſcunt,
Donatura Tuæ ſolidæ ſunt pignora terris
Doctrinæ porro, lætas genituraque meſſes
Mille virum, per quos felix Eccleſia vera,
Et Schola, Conſiliis & Curia floreat aptis!
Ergo Tuis meritis quæ nuper meſſis honorum
Obtigit, hanc melior Tibi ſic gratabitur orbis.
Totus, ut extento Te vivere longius ævo
Optet, & illato cœlis ita ſerius olim
WEBERO jungi, Te quo Phœbæa caterva
Aucta Patrem celebret cingatque virente corona
Multiplici longos ſecli venientis in annos.
Eſt eadem vero votorum ſumma meorum,
Numine præſenti queis clemens annuat æther.
Auſpiciis redeat lætis *Onomaſticus*, opto,
Hic Tuus ille dies, venerabile nomen AMICI
Signans, deliciis quem Berlinenſibus unum
Omnibus antefero ſancta pietate colendum,
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus;
Annua ſæpe Tibi revireſcant gaudia meſſis,
Fortunante reducta polo! Mete gaudia ſoſpes,
Quæ Tibi, Care, dies advectus luce redonat
Candidiore: eadem poſt multas meſſis ariſtas,
Menſis adhuc felix Auguſti clauſula fiat!
Vive Decus noſtrum, livoris victor inertis,
Rector Apollineæ ſobolis dexterrime, Vive
O Candoris Onyx, quin ſpirans artis honeſtæ
Bibliotheca, novem Centrum mirabile Muſis.
Ne doleas nimium viduatus Conjuge dulci,
Flore domus lectique tui. *Demeſſuit* illam
Falx funeſta necis; melior ſed portio ſanctæ
Spiritus æternæ jam carpit gaudia meſſis,
Oſſaque communis gremio latitantia matris
Vivere non alio lux ultima fine jubebit
Angelicoque Tibi ſiſtet veſtita decore.
Teque Tuoſque DEus vegetos per tempora ſervet
Sat diuturna, precor; Sis, *Candide fautor*, Eous

Gymnaſiique novus, ſis fortunatus & Atlas!
Non Tibi deficiant vires in corpore firmo,
Non patiens pectus labet inter dura laborum
Plurima, non animus, doctus contemnere tela
Impotis invidiæ. Transverſa tuentibus hirquis
Quorumcunque, DEO dilectus vivere perge
Omnibus atque bonis. tandem maturus & ævi
Exaucti terris, cœli novus incola factus,
Jugiter ætheriis o quam florentibus arvis
Collige, queis totus paſcaris, gaudia meſſis
Cœlituum, quæ ſunt præmiſſæ pabula grata
Conjugis, & noſtri dulciſſima mella WEBERI.
O utinam præſens hæc feſtis ipſe dicare
Qualiacunque tuis poſſem gratantia verba!
Interea fido, quod noſti, pectore coram
Eſſe velut Tecum, repetitaque vota juvabit
Scribere: Pulchra micent hodiernæ gaudia lucis,
Sæpius & parilis mea poſcat carmina meſſis,

An
TIT.
Herrn Gabriel Kießlen /
Churfürſtl. Brandenb. Hauptmann bey der Artillerie /

Alius mea vena.

Th.

Them.
Der unbetrügliche Schild des Heils /
d. i.
GOttes ſtarcker Schutz /
Unter dem Sinnbilde
Eines vom Himmel heruntergelaſſenen Schildes
Mit der Beyſchrifft:
Sub hoc umbone quieſco.
Der Schild bringt Ruh und Sicherheit.

DEr blinden Heyden Schilderey iſt lauter blindes Glück geweſen/
An welchem ſeine Lieblichkeit das Aug und nicht das Hertz geleſen/
Der Chriſten ſchönſte Schilderey/ iſt nur des Höchſten Gütigkeit/
Hier mit dem Beywort abgebildt: Der Schild bringt Ruh und Sicherheit.
Er/ Hochgeehrter/ zeuget es und ſeiner Zeiten Wohlergehen/
So durch ein holdes Nahmens-Feſt jetzt wieder kan gekrönet ſtehen:
Ey welche ſtoltze Sicherheit/ ey welch ein ungeſtörte Ruh
Iſt ſeiner Wünſche Folgerin/ und eilt ihm ferner reichlich zu/
Des treuen Himmels Wunder-Huld gleicht bey ihm einem veſten Schilde/
So von der Höhe dargereicht herprangt in heiterem Gefilde/

So

So / wie dem frommen Abraham das Wort ward von des HErren Thron:
Getroſt / getroſt und unverzagt: Ich bin dein Schild und groſſer Lohn.
Das groſſe Chur-Hauß Brandenburg iſt zwar vorlängſten ihm geworden
Ein theurer Schutz und Gnaden-Schild ſeitdem er ſteht im Krieges Orden /
Und Hochbeſtalter Hauptmann heiſt bey deſſen donnernden Geſchütz /
Aus welchem auff die Barbarn ſpielt ein ſchreckens-voller Adler-Blitz.
Doch bleibet ihm der beſte Schild von jenen Wolcken her geſchencket /
Nur dieſes iſt ſein Schutz und Trutz / daß der mit Wohlthun ihn bedencket /
Der ein erlanchtes Waffen-Heer den Frommen giebet als ein Schild
Und nebſt den Engeln ſelber iſt / der ſie mit Ruh und Schilden hüllt.
Von ſolchen Schilden wuſte Rom und Griechenland gantz nichts zu ſagen /
Hat jenes Ajax Macht und Hand gleich ſiebenfachen Schild getragen /
Kein Leder oder Ertz gab da die Länge Ruh und Sicherheit;
Drum führt ein Chriſt mit Jonathan zum Schilde GOttes Gütigkeit.
Derſelbe ſtarcke Schild des Heyls macht Freude mitten in dem Leyden /
Er bricht von keiner Feinde Sturm / kein Schwerdt kan durch denſelben ſchneiden /
Die Hölle belle weit und breit: Er ſtehet ohne Schad und Noth /
Er ſchützet fromme Seelen wohl und machet Sieger durch den Tod.
Wol ihm / Hr. Väter / aber wol! der Schild hat ihn bißher bedecket /
Ergriffen durch des Glaubens-Schild / den weder Welt noch Satan ſchrecket.

Der

Der Heyden falſcher Götter-Bild ward ſonſt den Schilden eingeprägt /
Viel beſſer / daß GOtt als ein Schild vorlängſt iſt in ſein Hertz gelegt /
Mich deucht / derſelbe läſſt auff ihn ſein Schild von neuen heute nieder /
Und reicht ihm ſeiner Hulden Hand vom neuen Firmamente wieder /
Sein Nahmens-Tag geht glücklich an; Er freut ſich und ſein gantzes Hauß /
Der Himmel ſchilt die Sorgen weg / man hört von keinem Jammer-Strauß.
Nun Wehrteſter / ein Krieges Mann iſt er nach GOttes weiſen Willen /
Ein unverzagter Krieges-Mann acht keiner Feinde wildes Brüllen /
So ſey und bleibe GOtt ſein Schild / daß keiner Furchten Sturm und Macht /
Hinführo ſtöre ſeine Ruh / für die des HERREN Auge wacht.
Er lebe tauſendfach beglückt mit ſeinem wachſenden Geſchlechte /
GOtt gebe / daß kein Ungemach derſelben Geiſt noch Leib anfechte /
Sein zuverläßlichs Krieges-Schild ſey weiter GOttes ſtarcke Hand /
So heiſt er recht ein Gabriel; GOTT ſtärck und ziere ſeinen Stand.

Mantiſſa duplex Carminum:

1. De Ingenii literarum capacis Origine.

INgenium fruſtra ficto de numine Divæ
Palladis expetiit gens maleſana Patrum;
Verior eſt illi noſtro de Numine origo,
Quo ſine non quicquam majus in orbe viget.

Hujus

Hujus ab arcanis adytis hæc unius optes
Munera, quæ veniunt non aliunde tibi.
Nempe bonas dotes velut omnes parturit æther,
Sic animos dociles unicus ille parit,
Illius mentes ubi fœcundaverit alma
Gratia, ſuccedens fauſtiter exit opus,
Auroræque fluunt felicibus auſibus horæ,
Et læto fervet tota labore dies,
Ut juvenes, annis ſimul & virtutibus aucti,
Cœli ſuccreſcant uſibus atque ſoli,
Et tandem viridi geſtent redimita brabeo
Tempora, quod virtus ingeniumque merent.
Felices igitur, qui laſſant æthera votis,
Indeque doctrinæ nobile agalma petunt!
His demum nubit ſapientia filia cœli,
Cujus non unquam vanus abibit amor.

2. In campum jaculatorium Berlinenſem & Colonienſem.

Turcica balliſtis promtos quid jactitat ora,
Inſtar qui Scythicæ forſitan artis habent?
Non in Marchiacis horum nunc æmula campis
Deficit ingenio gens pharetrata pari.
Area teſtis erit, quam celſa colonia BRENNI
Spectandam MAGNI datque dabitque foris,
Schützenplatz.
Et quam Berlini videre diutius arva:
Æquora bina patens area bina refert.
Innumeros videas illic diſplodere tela
Qui norint, arcus tendere & arte ſuos,
Eſt in conſpectu procul orbis ligneus, una
Quem cuncti artifices robore & arte petunt
Si cui ſed medium, nota quod tenet atra ſagittis
Tangitur, hunc Regem jubila læta vocant.

II. Triſtia.

1. In Mortem Dulciſſimi SALVATORIS CHRISTI.

Venit mœſta dies, & lamentabile tempus, Exord.
Quo mortale genus memori ſub pectore volvat
Funeſtos primi lapſus & ſæva parentis
Crimina: nunc pavido quisque ad ſacra limina curſu
Tendite, nunc longas in fletum ducite voces,
Effuſi lacrymis: nunc cuncti pectora palmis
Tundentes miſeros ad ſidera tollite queſtus.
Huc contemtor ades juris legumque bonarum:
Huc ades, o quisquis vitiorum ſordibus hæres
Impius, & ſcelere ante alios immanior omnes,
Siſte gradum, ad juſtas ſupremi Numinis iras
Mente pavens humili. Te ſpretæ injuria legis
Accuſet ſontem, niſi ſe ſervator JEſus
Obtulerit paci medium, qui ſanguine multo
Exſolvit pœnas alieno crimine dignas.
Tantæ molis erat veteris contagia culpæ
Verte-

Vertere & amiſſam mundo reparare ſalutem;
Nec mihi ſi linguæ centum ſint oraque centum,
Ferrea vox, omnes Chriſti comprendere plagas,
Omnia fatorum percurrere nomina poſſem.
At mihi multa licet dicendi copia ſurgat *Propoſ.*
De Patris ætherii Nato, qui vulnera dura
Horrendamque necem noſtri perculſus amore
Oppetiit; tamen hæc ne cui faſtidia forte
Longa ferant, modo ſumma ſequar faſtigia rerum.
Annue, Jova, meis audacibus annue cœptis.
Ut primum rapido curſu, ſed luce ſiniſtra *Tractat.*
Fatales JEſu Titan advexerat horas,
Ipſe memor, terris qua conditione ſubiſſet,
In cœtum ſocios vocat, & ſic incipit ore:
Dulces diſcipuli, præſens dum vita manebat,
Diſcipuli dulces, melior dum vita manebit,
Tertia cum ſurgens (quod nec neſcire poteſtis)
Humentes aurora polo dimoverit umbras,
Concelebranda pio redeunt paſchalia ritu
Gaudia; ſed, cujus miſero flagratis amore,
Veſter ego, veſter Princeps charusque Magiſter
Heu! inimicorum rabie inſanoque furore
Opprimar, ut (Vatum ceu gens prædixerat) inſons
In cruce ſuffixus crudeli funere ſternar.
Talia voce refert, cum mox pietatis alumni
Attonitis ſtantes animis & lumine fixo
Triſtificas tremulo jactabant pectore curas.
Tum vero unanimes Solymæ intra mœnia templi
Concurrere Patres, Procerum & ſtipante caterva
Agmina Pontificum, quæ factis læta nefandis

Nil

Nil intenatum ſcelerisve dolive relinquunt.
Pars ſtruit inſidias JEſu, pars impia verſat
Conſilia, ut captum tacito molimine corpus
Injiciat morti, triſtes ut mittat in umbras.
Protinus ex Chriſti bis ſenis ipſe miniſtris
Perfidus heu! Judas cœco auri captus amore
Accelerat, verbis qui ſeſe talibus offert:
Non inviſa mihi geſtatis pectora, vobis
Et conferre gradus, & dextræ jungere dextram
Me juvat, ac votis eventus addere veſtris,
Si me nulla manet tantarum gloria rerum,
Et ſuper ipſe mea nequicquam laude labores
Molior, ut ſaltem vosmet mihi tenuia grati
Dona rependatis, quæcunque referre placebit.
Dixit & argenti corruptus munere parvo
Ardet mentis inops, nec dulci flammea ſomno
Lumina declinat, dum dictis addere poſſet
Proditor iſte fidem, dumque aſtu tradat JEſum,
Ergo ubi ſe tandem ſceleratæ copia mentis
Obtulit, arte dolos fabricans (queis dixerat ante,
Se populo minime fallacia ſigna daturum)
Multa DEum multis precibus manibusque ſupinis
Oranti approperat, ſimul oſcula figit amara.
O Juda, Juda, quo te malus abſtulit error!
Quo te ſacra fames auri, quo dirus habendi
Traxit amor! vivum ſub lurida tartara traxit.
Spero equidem æternis, ſiquid pia Numina poſſunt,
Supplicia hauſurum tenebris, & nomine JEſum
Sæpe vocaturum: dabis heu! dabis, improbe pœnas,
Hic ubi promiſſis manſit, velut agmine facto,

I Qua

Qua via cunque patet, gladiis armatus & haſtis
Irruit in Chriſtum populus Judæus, & ira
Concitus immani Caiphæ ſub limina traxit,
Huc in conſilium Patribus Senibusque vocatis
Immeritum contra cauſas adducere mortis
Pro ſe quisque ſtudet; Sed cauſas fingit inanes.
Aſſurgunt tandem duo teſtes neſcia veri
Ora oſtentantes. Sic farier infit uterque:
Dixit hic, hic dixit, ſe demolirier ædes
Poſſe DEO ſacras, terna Solisque peracta
Luce novum veteris poſiturum rudere templum.
At vero patiens JEſus, nec crimine ficto
Se purgare, malis mala nec penſare laborat;
Ora tenet, tantos ſpe ſolaturque dolores.
Tum ſanctum nomen proh horror! ſcommate quanto
Et non poſtrema ſanna allatrare laborant
Hoſtes infenſi! tunc impia jurgia turbæ,
Tunc varia opprobria, & promtas ad crimina linguas
Graſſari in juſtum ſenſiſſes undique Chriſtum.
Horreſco referens: hinc divos verbera vultus
Exercent, turpes conſpurcant inde ſcreatus.
Interea primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies; coëunt proceres, unaque ſacerdos
Omnis, & innocuum ſubita nece tollere JEſum
Conſiliis certant; at ubi præſtare poteſtas
Nulla datur, loris vinclisque tenacibus ipſum
Conſtrictum ad Ponti duxerunt tecta Pilati.
Hic odium metuens Judææ gentis acerbum,
Si non damnatum capitis pronunciet, atque
Judiciis turbæ fremitum componat iniquis,
Sanguineis nudum lacerari membra flagellis

Juſſit, & arbitrio populi cruce ſolvere pœnas.
Continuo accurrunt duro cum milite ſæva
Conjuratorum manus, & nil tale merentem
Veſtibus exutum propriis oſtroque probroſo
Velatum ludunt omnes certante cachinno.
Euge ſuum cuncti blaſphemo non ſine riſu
Ingeminant, verbis vexant mordacibus omnes:
Afflictusque gemit JEſus, cui verbere pulſum
Horrens Spina tegit caput; ac multumque diuque
Omnibus illuſus ſua veſtimenta recepit,
Cogitur atque graves formare ad funera greſſus.
Contingit tandem ſpatium, cui Golgatha nomen,
Suppliciis multo & cæſorum ſanguine fœdum.
Hic illi multo ſpumantem felle & aceto
Sacrilegum pateram genus ingerit: ille coactus
Admovit peſti labrum, mox ora retraxit.
Tunc inter medios (horreſco plura) latrones,
Diſpanſis manuum palmis & crure plicato,
Figitur exanimis transverſi ſtipite ligni.
Tum ruit in gemitus miſera prece Numen adorans;
O genitor, genitor, quæ te ſententia vertit!
Cur me relinquis? cur me jam deſeris hoſpes?
His dictis mœſtum ſermonem abrumpit, & una
Exſpirans animam ſub ſidera læta remittit.
Eripiunt ſubito nubes cœlumque diemque
Terrigenum ex oculis: terræ nox incubat atra;
Nec non horriſono tellus concuſſa tremore
Sub pedibus mugit ſua paſſim viſcera rumpens.
Volvite, mortales, o ſemper volvite JEſu *Concluſ.*
Vulnera; compreſſos oculos & luce carentes,

Afflictaſque genas, arentem cernite linguam,
Cernite concretos ſtillanti ſanguine crines.
Quæ ſi cuncta meis complecti verſibus optem,
Ante diem clauſo componat veſper olympo.
O Chriſte, infandos hominum miſerate labores,
Qui nos damnatos atri Phlegethontis ad undas,
Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos
Conſocias cœlis: grates perſolvere dignas
Non opis eſt unquam noſtræ, nec quicquid ubique
eſt
Humanæ gentis, magnum quæ ſparſa per orbem,
Nos tibi, quæ placido digneris munera vultu,
Æternas canimus devoto pectore laudes,
Tu nobis requiem, tu lapſæ dona ſalutis
Reſtituis, monſtraſque viam, qua cœlica juſtis
Regna patent. Mirum! quæ Te tam læta tulerunt
Secula? Te miſit cœlo Pater optimus alto.
Nate DEO: ah quanto mundum dignaris amore!
O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ
Spiritus, & quantum ſat erit tua dicere facta!

Aliud.

Siqua piis lacrymis tribuunt pia tempora laudem,
Chriſticolum redeunt quæ celebranda gregi:
Siquando cœlis hic gaudia parturit imber,
Angelico dulcis cœlituumque choro:
Ille dies merito fletus uberrima poſcit
Flumina, qui Chriſto fata necemque tulit.
Hæc lacrymanda malo cunctis mortalibus orbe,
Fletibus hæc largis mœſta notanda dies,

Hoc ruptos montes, hoc ſciſſas tempore petras
Et velum templi, pagina ſacra refert.
Hoc jubar auricomum ſolis nox condidit atra,
Et cœlum luctus induit omne ſuos.
Exanimes adeo res ingemuiſſe volebant
Plangentes JEſu vulnera, probra, crucem.
Flebitis o homines potius, vos flebitis, inquam;
Fixerunt JEſum crimina veſtra cruce.
Iſta tot inſontem lacerant crudelia plagis,
Iſta dolorificum ſuppliciumque parant.
Quæ niſi cum Petro gemitu perpendere multo
Singula, nec triſti volvere corde placet.
Heu ſcopulis duris genuit vos Caucaſus horrens,
Uberibusque aluit ſæva leæna feris.
Quin fletu largo JEſu ſignate ſepulchrum,
Quo jam culpa ſimul veſtra ſepulta jacet.
Plangite defunctum, ſed planctibus addite læta
Jubila; mox Chriſtus gaudia vivus aget.

Aliud.

Translatio Hymni:

Hertzliebſter JEſu / was haſtu ver-
brochen / ꝛc.

I.

Quid patraviſti, peramande JEſu,
Cur reus pœnis adeo ſeveris
Traderis? quænam tua culpa? quæ ſunt
Crimina tanta?

2.

Fœdus heu! ſputo colaphisque ſannas
Flagraque & ſpinas toleras acutas,
Mox & infami cruce ſumis atrum
Fellis acetum.

3.

Quis malus cuncta hæc meruit reatus?
Proh! meum vulnus tibi crimen affert;
Eſt meis merces magis iſta, JEſu,
Congrua factis.

4.

Mirus o iræ furor atque pœnæ.
Non oves: Paſtor luit at benignus:
Expiat juſtus Dominusque noxam
Mancipiorum.

5.

Integer vitæ ſceleriſque purus
En obit; vivit levis & malignus,
Dignus & fatis homo fata neſcit,
Vincula Jovæ.

6.

Dira me totum ſcelerum occupabat
Nil lues ſanum vegetumque linquens:
Hæc mihi, hæc olim fuerat perenni
Morte pianda.

7.

O amor fervens! o amoris æſtus,
Qui pati tantos adigit dolores
Te: mihi lætas dabat orbis horas,
At tibi lethum,

8.

Rex o æternis metuende ſeclis,
Qui fidem digne celebrabo tantam?
Neſcit humanum, tibi quæ refundat,
Munera pectus.

9.

A meis certe procul eſt remotum
Senſibus, cui te miſeratione
Comparem; metrum ſed amoris æquum
Quod tibi reddam?

10.

Hoc tamen gratum fuerit vel unum,
Supprimam turpes ubi carnis ignes,
Ne meum in pectus repetita priſca
Flamma recurſet.

11.

Vincit at vires proprias malignum
Impetum carnis cruce ſic necare:
Fac tuo Flatu regar atque recto
Tramite ducar.

12.

Sic tuum expendam melius favorem,
Sic tui terras humiles amore
Spernam: erit conſtans tua rite obire
Juſſa voluntas.

13.

Nil inexpertum Tui honore plenus,
Nil ſinam, temnens mala, probra, diros
Nil timens hoſtes, metuens nec ipſum
Mortis agona.

14.
Cuncta quæ, parvo licet æſtimanda,
Non tibi credo fore tædioſa
Prorſus: hæc æqua potius tueris
Parvula fronte.

15.
Olim ubi, JEſu, ſolio ſuperno
Cinctus adſtabo viridi corona,
Cum tibi cantus melior ſonabit,
Uſque caneris.

2. *In Funus*

VIRI
Magnifici, Nobiliſſ. Excell. & Experientiſſ.
DOMINI
MARTINI VVEISII,
Medici Doctoris Celeberr. Trium Sereniſſ. Elect. Brandenb. Conſiliarii & Archiatri Senioris.

Epitaphium
VVEISIANUM.

DElicium cœli, raræ pietatis Imago,
Cœleſtis Zelus, relligionis amor,
Sana fides, Candor canus, non vana per orbem
Gloria, Pæoniæ lucidus artis Onyx,
BRENNORUM Medicina TRIUM divinitus olim
Demiſſa in terras, Splendidum in urbe Decus,
Tem-

Templorum ſidus, Muſarum nobile Fulcrum,
Paupertatis Opes, poſteritatis Opus,
Siqua manet ſimilis, laudandum voce perenni
Hic recubans placide WEISIUS unus erat.
Nil opus eſt addi: Tantum fuit inſtar in uno,
Quantum nec Sophoclis grande poëma capit.
WEISIUS ille fuit. Fuit? Eſt, translatus ad aſtra
Agnatique poli culmina; Fama ſenex;
Artus effœtos tamen excipiente ſepulchro,
Illa ſenex vivit, vivit & ille ſenex.
Hic octoginta ferme complevit & octo
Annos; at neſcit tempora fama, polus.
Immanem mortis vim noli flere, Viator:
Quid tenuit mortis WEISIUS iſte capax?

Aliud in easdem Exequias,
Pro alio

VVEISIUS occumbens *Brennorum* plangitur Aulæ,
Ædibus & ſacris Pieridumque focis,
Omnis quin adeo ſedes hæc Principis iſtum
Deplorat gemitu jam vehemente Virum,
Aulam qui *Medicus* meritis implevit & urbem,
Qui dudum templi primus amator erat,
Quem *Mæcenatem* ſemper Schola noſtra Benignum,
Muſarum donec ſtant ea tecta, canet.
Eheu! occubuit longum lacrymandus in ævum
Si pietas mortem, ſi benefacta ferunt.
Lucida grandævus tenet hic *Podalirius* aſtra,
Vivit & in generis ſplendidiore choro.

Luget is extinctum, luget pius omnis; at ille
In terris fama vivit ovatque polo.

Iisdem beatis Manibus

Nomine Convictorii Berolin. Alumnorum
Weiſianæ Benignitati devinctorum
dedicabam Carmine Euchariſt. Threnodico
Soſtrum paupertatis ſanatæ oleo beneficentiæ.

ARte Machaonia Weiſi celebrate per orbem
Brandenburgiacum, per *Magni Principis* oras
Diffuſas dudum late felicibus armis
Ac victrice manu: Vir fama judice Phœbus
Hippocratesq; alter, novus & medicamine Muſa
Edoctus certo triſtes expellere morbos
Promptius, Auguſti poterat quam Cæſaris ævo
Antonii Muſæ revocare medela ſalutem
Artubus affectis, permanans languida membra:
Magne Galene, Tibi quantum poſt fata ſuperſtes
Nomen erit terris, præconibus alma canetur
Dum Medicina novis ac grata popoſcerit ora?
Te quoties Patriæ ſalvum ſervaſſe PARENTEM
Audierat, nobis nec non narraverat ætas
Majorum, gaudens Te tanto pignore cœli,
Principis & nato ſervandæ prorſus Hygeæ!
Tu quoties illinc *Soſtrum Regale* tuliſti,
Auguſto BRENNI vultu clementis & auri
Magnificis opibus longos exceptus in annos!

Viribus

Viribus effœtam quæ nec liquiſſe ſenectam
Gratia ſumma Aulæ poterat, comitata ſepulchrum
Relliquiasque tuas, mens cum cœleſtis adiret
Ante ſalutatos per tot ſuſpiria cœlos.
Tu quam tuta dabas hæc intra mœnia quondam
Pharmaca concluſis tortoris carcere lecti!
Seu morbum ancipitem quandoque eſt fortiter auſa
Dura domare manus: ſeu lenia poſſet ad arma
Sopiri inſurgens jam vis inimica dolorum.
Extemplo, WEISI, fueras ad utrumque paratus,
Præcipiti nunquam tamen uſus more medendi,
Pellæum Juvenem pariter ſanante Philippo.
Et cui de nobis tantas in carmine vires
Larga Camœna dedit, dicendis laudibus illis
Quæ dignos cudant numeros juſtumque rependant
Appoſitumque melos? Nos, venæ pauperis omnes,
Grandia grandiſonis tradentes vatibus iſta,
Ipſa quidem pietas præſenti luce ſilere
Non ſinit, exequiæ Tibi qua Vir Maxime, fiunt
Solennes, totis funus comitantibus iſtud
Cœtibus, & querulo complentibus omnia fletu.
Et nobis Medicus fueras, Medicusque manebis,
Divite largitus tam ſplendida munera dextra,
Quæ medicamen erunt miſeris oleumque perenne,
Quo paupertatis noſtræ molleſcere vulnus
Poſſit, ut ingenuæ virtutis tramite recto
Mens firmata DEI ſanctos operetur honores.
Heu quantum meritis deberi talibus usque
A nobis fas eſt! quid membra decora juventæ,
Quid vegetum corpus, doctæ ſi dotibus artis

Rea

Res anguſta domi ſtudioſam pellere pubem
Audeat, atque ſitu torpeſcere cogat inerti
Semina Palladii genii, pectusque Minervæ
Auricomæ cupidum ? ſed ne ſic obſit egeſtas,
Ac rudibus nobis contagia plurima fiant
Incultæ vitæ, tua nos medicina tuetur
Corporis atque animi, medicina haud unius horæ,
Unius haud anni, ſed quæ venientis & ævi
In muſas ſuccum vitalem transferet, illis
Æternaturum juxta ſobolique futuræ
Phœbigenum rurſus : dum ſecula Cana recedent,
Depoſiti illius fructus non deſinet unquam,
Ad ſeros olim devolveturque nepotes.
Dicimus hocce pias magno pro munere grates,
Atque hodie lacrymis, Excellentiſſime *Weiſi*,
Proſequimur buſtum, quo membra ſenilia feſſus
Jamdudum, cœlo ſic diſponente, repones.
Triſte quidem *Soſtrum*, pro lætis reddere fletum,
Et dextram vere medicam nobisque benignam
Nonniſi luctifico venerari poſſe tumultu;
Triſte tamen fauſtum, tamen exoptabile *Soſtrum*,
Quod deſideriis Te cœli ardentibus ictum
Novimus in terris, placida jam morte beatos
Inter cœlituum plauſus & vivida cœli
Jubila deductum, tua quo Te vota trahebant.
Molliter oſſa cubent ! Tibi plurima gaudia Numen
Donet, cui vitæ momento operatus es omni,
Cui datur, in miſeros quicquid transfunditur auri,
Largo reddendum quondam cum fœnore cœlis.

Te

Te, *Grandæve Senex*, jam pro mercede corona
Juſtitiæ ſequitur ſic, Feliciſſime, gaude,
Et, qui Te luget, mox gaudia firma reſumat,
Stemmatis augeſcens immenſum ſplendidus Ordo.

Auf den plötzlichen doch ſeligen Tod
Des
Hoch-Ehrwürdigen und Hochgelahrten
Herrn
ANTONII BRUNSENII,
Churfürſtl. Brandenb. Hochbegnadeten
Hof-Predigers.

Nomine J. C. O.

Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſit.

Non poteſt male mori, qui bene vixit; & vix bene moritur, qui male vixit.
Auguſt.

O Jammer-volles Wort / das meine Feder ſetzet!
Muß Herr Brunſenius ſchon in das finſtre Grab
Des Hochberedter Mund auch Fürſten hat ergetzet/
Und deſſen Suada ſonſt viel Seelen Leben gab?
Mein Geiſt iſt drob beſtürtzt / es beben alle Glieder/
Es ſchicket Hertz und Hand bey ſolchem Schickſaal hin /
Wie? ſchlägt ein ſchneller Blitz ſo meine Säule nieder?
Mag dieſes Licht nicht mehr erfreuen unſern Sinn?

Ach

Ach Unglücks-volle Nacht/ mit was vor ſchwartzer decke
Iſt jüngſt ein jäher Tod in dir gegangen aus!
O daß uns nimmermehr dergleichen Poſt auffwecke/
Als damahls auffgeweckt mit Schrecken unſer Hauß!
Er/ Groſſer Gönner/ ward hier plötzlich ſo entkräfftet/
Daß in dem Augenblick die theure Seel ausfuhr/
Kein langes Siechen hat ihn an das Bett geheſtet/
Nein/ mitten in dem Lauff ſtund ſeines Lebens-Uhr.
Iſt das nicht Thränen wehrt? iſt das nicht zu bedauren?
Hof/ Stadt und jederman erſtaunet und erſchrickt/
Wir mögen ebenfals den Todes-Fall bedauren/
Der einen Hohen-Freund uns hat hinweggerückt.
Es klagt inſonderheit die Schwachheit meiner Jugend/
Und ſetzt ihm/ Mözenat/ in Wehmuth dieſe Schrifft/
Die Hoffnung ſeiner Gunſt war Leitſtern meiner Tugend/
Der hätte mir hiernechſt gewiſſes Glück geſtifft.
Nun leider iſt der Stern zu zeitig untergangen/
Weil allzu früher Tod die Rechnung hebet auff/
Doch da der Seelige mich lieſſe das erlangen/
Daß ich viel guts gehofft durch ſeines Lebens-Lauff/
So ſchicke zu der Grufft aus überhäufftem Schmertzen
Nichts mehr den dieſes hin: was hier geſtorben iſt/
Wird hocherleuchtet ſtehn gleich jenen Himmels-Kertzen/
Wenn dieſer Eitelkeit auff ewig wird gemiſſt.
Läſt ein Chryſoſtomus dis Jammerthal/ und ſchwinget
Sich zeitig wieder auff zum Gold der Ewigkeit/
Herr Vater/ ſeine Gunſt war ein lebhafftes Feuer/
  Das holde Flammen-Macht zu meinem Glücke bließ/
Der Himmel ſchiene mich gewiß zu halten theuer/
  Weil dieſes Himmels-Pfand mich hocherfreuet hieß.
Nun leyder! da der Tod in Feur und Flammen ſtöſſet/
  Verfällt mein Wolergehn faſt mit in einen Staub;
Der vorgemachte Satz wird ſeiner Krafft entblöſſet/
  Und ſchnöde Nichtigkeit nennt alles ihren Raub.
So flieſt denn mildiglich/ ihr beyden Augenlieder/
  Ergieſſet euren Strom/ thut eure Felder auf/
Legt jammerreichen Zoll zu deſſen Füſſen nieder/
  Der meinem Wolſtand gab vorhin erwünſchten Lauff.
Allein was hilfft es denn ſo unaufhörlichs Klagen?
  Herr Vater/ ſein Verluſt wird doch ſo nicht erſetzt/
Nur hat die Danckbarkeit dis müſſen kläglich ſagen/
  Die Gröſſe ſeiner Huld bleibt ins Gemüth geetzt.

M Der

Der Sternen Wunder-Zelt ergetzet ja die Seele/
Die ſchon auff dieſer Welt dazu gerůſtet war /
Des Leibes můder Reſt ruht in des Grabes Hôle /
Biß beydes jener Tag darſtellet hell und klar.
Wird gleich dis Traur-Gedicht mit Thråuen ſehr vermenget.
Und folgen ſeiner Leich itzt tauſend Seufftzer nach ;
Genug/ daß GOttes Rath es alles hat verhånget/
Der trôſtet nach dem Leyd die Seinen tauſendfach.
Der gebe beyderſeits vergnůgtes Wiederſehen/
Wenn dieſer Erden-Ball in kleine Stůcken bricht ;
Dann wird mein Weh und Ach vollkommentlich vergehen/
Dis Hoffnungs-Siegel ſchleuſt die letzte Thrånen-Pflicht.

Auf

Den plôtzlichen doch ſeligen Tod/

F I T.

Herrn Johann Falckenbergs/

Wohlverdienten Raths-Cåmmerers und Ober-Kirchen Vorſtehers in Berlin.

GOttes Schooß-Kind ein Johannes wird nicht immer ſanfft
gekůſſet /
Es giebt offtmahls harte Schlåge/ die durch Marck und Bei
ne gehen/
Wenn an ſtatt des Freuden-Lichtes uur iſt ſchwartze Nacht zu
ſehen/
Schlåget Angſt und Weh zum Hertzen / Luſt und Wonne wird
vermiſſet/
Das ſind warlich harte Schlåge / kommen doch von Liebes-
Hånden/
GOttes Treu entreiſſt die Frommen ſo dem tollen Welt-Ge
tůmmel/
Und mit ſolchem Liebes-Drucke zůckt und růckt er ſie zum Him-
mel/

Seelig

Seelig wer ſo thaner maſſen / dorten glůcklich mag anlenden /
Solch ein ſeeliger Johannes iſt Herr Falckenberg zu nennen /
Dem des Hôchſten Liebes-Schlåge jůngſt Aug/ Ohr und Mund
verriegelt /
Gleichwohl weil die Liebe GOttes in der Seelen war verſiegelt/
Jhn durch eine ſtrenge Grade hieſſen fort von hinnen rennen.
Gnade war des Nahmens Deutung/ den er von der Tauffe fůhr-
te/
Gnade war des Saamens/Krone, welchem ihm ſein GOtt ge-
ſchencket/
Gnade GOttes war das Leben/ Gnade ward ihm zugelencket/
Als von ſeinem wehrten Ampte Kirch und Rahthaus Segen
ſpůrte.
Kirch und Rahthaus iſt betrůbet ob des Edlen Mannes Schei
den/
Und den jåhen Riß bedauret ein Großachtbares Geſchlechte/
Deſſen Flor und Wohlergehen ſich in weite Felder flechte/
Wie vom Falckenbergſchen Hauſe blůht ein neues/ mit den Bey-
den.
Gnade kans dennoch auch heiſſen / was des HERREN Hand
beliebet /
Als ſein heilges Kirchen-gehen andern diente zum Exempel/
Dapon Chriſti gang zum Vater / gieng des Geiſtes Wort im
Tempel/
Welcher Troſt beym Gang des Todes ihn gemacht gantz unbe-
trůbet.
Mit Gewalt und doch in Gnaden legt ihn GOTT den Tag
danieder/
GOttes Geiſt war ſein Worthalter / als Gehôr und Sprach
vergienqen ;
Gnug gebetet / gnug geſungen / wo deſſelben Seufftzer klingen/
Die erſetzten hier den Mangel der gelåhmten Sinn und Glie-
der.
Bald hernach gieng der Johannes aus dem Kercker dieſes Le-
bens :
Seiner Seelen Glaubens-Schwingen ſchwungen ſich zum
Freuden-Hůgel/

Und

Und zum ſchönen Berge GOttes. Wunderſame Falcken-Flü-
gel/
Die dermaſſen von der Erden ſich erhöhen nicht vergebens.
Plötzlich iſt der Flug zum Himmel und recht Falcken-gleich ge-
weſen/
Weil ein lebendiger Glaube ſolchen wohl hat fortgetrieben/
Iſt Herr Falckenberg geſchwinde fortgeflogen und geblieben/
Wo die GOtt-geliebte Seele völlig/ ewig iſt geneſen.
Hochbetrübte/ nehmt die Tröſtung wieder eure Leichen-Klage/
Gönnet eurem liebſten Haupte die ſo bald gefundene Ruhe/
Dencket/ daß der reinen Seele GOttes Hand dort ſanffte thue/
Dencket/ daß in GOttes Willen ſtehen aller Menſchen Tage.
Wer wohl lebet/ ſtirbt nicht übel: fährt er gleich ſehr ſchnell von
hinnen/
Führt Elias Engel-Wagen ihn nur ſchnell aus dieſem Leben/
Dann heiſt es: Ich will zum Vater freudig gehen/ lauffen/ ſtre-
ben:
Durch dis ungeſäumte Lauffen iſt viel gutes zu gewinnen.

Als
Tit.
Herr Jacob Friderich Hintz/
Berolinenſ. J. U. Candidatus,
Die Welt ſelig / aber frühzeitig verließ.

WAs iſt der Erden Witz? Ein Schatten ohne Weſen/
Ein Dunſt ſo das Gehirn gelehrter Köpffe füllt/
Biß Tod und Eitelkeit heiſt dieſe Sätze leſen:
Hier liegt die kluge Stirn erblaſſet und verhüllt.
Nur ſeelig bleibet/ wer hienieden ſo ſtudiret/
Daß an die Ewigkeit gedenckt ſein weiſer Sinn/
Deſſelben Seel und Geiſt wird mit Verſtand gezieret/
Und nimmet mit Bedacht den Himmel zum Gewinn.
Wohl! das betrachtete des Freundes edle Seele/
Den meine Feder itzt bedauret und beklagt/

Nun geht er klug genug in ſeines Grabes Höle/
Biß JEſus froher Mund zu deſſen Gliedern ſagt:
Seyd wieder lebendig und kommet zu dem Geiſte/
Des kluge Regung Euch beſeelt hat in der Welt;
Auf Erden fehlet wohl den Klügſten noch das meiſte/
Das lehrt den Seeligen des Himmels Kunſt-Gezelt.

Auff den Hintritt/
Tit.
Herrn Daniel Pollborns/
Vornehmen Bürgers / Kauff- und Handels-manns / auch Churfl. Brandenb. Eiſen- und Blech-Factors/ Stadt-verordneten und Ge-richts-Aſſeſſoren in Berlin.

SO eilt Herr Pollborn auch aus dieſem Welt-Getümmel/
Da Unmuth und Verdruß ſich finden Hauffen weiß/
Er läſt der Erden Wuſt und ſchwinget ſich zum Himmel/
Den nimmt er nach der Laſt zur Luſt zum Lohn und Preiß.
O wohl geſtorben/ wer ſo gehet aus dem Kercker!
Es iſt die Welt doch nur ein Stock- und Sclaven-Hauß/
Hingegen fährt ſein Geiſt zum freyen Sternen-Ercker/
Und wandert/ Seeliger/ von dieſem Babel aus.
Ich wünſche Glück dazu! Nur jammert mich der Seinen/
Die ſolcher Todesfall voll Angſt und Kummer macht/
Die folgen ihm itzund mit Klagen und mit Weinen/
Weil ſie des Freundes Ruh in Unruh hat gebracht.
Des Schmertzens Hefftigkeit iſt hie nicht zu beſchreiben/
Man ſieht wie alles wil für Hertzeleyd vergehn/
Sie müſſen nun allein ohn ihre Sonne bleiben/
Es ſcheinet/ um ihr Glück ſey es nunmehr geſchehn.
Allein/ Hochwehrteſte/ ſeyd dennoch unverzaget/
Und faſt hinwiederum im HERREN einen Muth/

Denckt/ daß die Seinigen er nicht von Hertzen plaget/
Vielmehr ſein weiſer Rath es machet alles gut.
War iſts: Er läſſet euch itzt lauter Myrrhen ſchmecken;
Doch haltet ihm nur ſtill/ ſo folget ſüſſe Luſt/
Wem GOttes Güte wil die beſte Freud erwecken/
Dem wird ſie offtermahls gantz frembd und unbewuſt.
Der Himmel wolle denn ſo/ wie wünſcht meine Seele/
Seyn euer ſtarcker Troſt in dieſem Jammer Stand/
Er führ euch gnädiglich aus finſtrer Trauer-Höle/
Und auch in tunckler Nacht ſey euch ſein Licht bekandt.
So bleibet euer Hauß geſegnet und beglücket/
Ob deſſen Pfeiler itzt gleich ſtützt ein ſchwacher Grund:
GOtt iſt es eintzig/ der uns Freud und Leid zuſchicket/
Der ſchließ euch ſämtlich ein in ſeinen Gnaden-Bund.

Eine Grabſchrifft/

Eben demſelben zu Ehren an einer

Trauer-Rede/

mit angehenget.

DU wehrter Daniel/ freu dich der Ruhe-Kammer Dan.
Darein du itzt dieweil wol auszuſchlaffen gehſt/ 12. ſ.
Biß daß der letzte Tag ertödt der Erden Jammer/
Und du dann lebendig in deinem Theil aufſſtehſt.

Bey Beerdigung/

Tit.

Herrn Andreas Simons/

Vornehmen Bürgers/ Kauff- und Handelsmanns in Berlin.

DEs Lebens Abend macht des Grabes-Ruhe ſüſſe/
Wenn aller Kräffte Licht uns untergehen wil/
Dann ſchlaffen allgemach die Sinn und matten Füſſe/
Blut und Gemüthe ſtehn in ihrem Gange ſtill.

Je länger Tag und Laſt den Wandersmann beſchweret/
Je mehr verlanget ihn am Abend auszuruhn/
Der Abend findet ihn ermüdt und ausgezehret/
So muß ein ſanffter Schlaff bey ihm das beſte thun
Wiewohl ein Abendmahl denſelben auch erquicken/
Und was erſtorben iſt/ lebendig machen kan/
Biß Nacht und Müdigkeit ihn auff das Bett hinrücken/
Drauff ſeine Reiſe geht des Morgens wieder an.
So ſind wir Menſchen hier. Herr Simon kans bezeugen/
Der Kindheit Morgen ſchickt ihn erſt als Pilger aus/
Man ſahe nach und nach ihn ſeine Schultern beugen/
Je mehr Beſchwerlichkeit ihm gab dis Pilger-Hauß.
Der Jahre Mittag lieff allmählig auch fürüber/
Auff welchen Mittel-Punct ſich neiget Freud und Leid/
In einem Huy ward des Himmels Auge trüber/
Und ließ dem Wanderer des Abends Tunckelheit.
Er muſte Fuß und Haupt auffs krancke Lager legen/
Noch/ da der Jahre Lauff ihn weiter lauffen hieß/
Des Alters Abend wolt einander Weh erregen/
Dem allen zu entgehn er ſeinen Geiſt ausbließ/
Nachdem er ſich geſtärckt zu dieſer letzten Reiſe
Durch Chriſti Leib und Blut im Heilgen Abendmahl.
Die Seele ſteht nunmehr ſelbſt nach der Engel Weiſe
Vor GOttes Thron und mehrt der Auserwehlten Zahl:
Der Leib lebt wieder an des jüngſten Tages Morgen/
Verbunden mit der Seel in froher Ewigkeit/
Allwo die Frommen nicht mehr drücken Wallfahrts-Sorgen/
Wo weder Abend iſt/ noch heiſſe Mittags-Zeit.

Cum in auream perfectiſſimamq; beatæ æternitatis Academiam emigraſſet/

JUVENIS

Probus atque induſtrius

Joh. Carolus Goldbeck/

Stendal. Pal. March. & Gymnaſii Berlin. Alumnus,

Aurum juventutis & virtutis,

Nomine Collegarum dicti Gymnaſii, deſcribebam.

SIccine Virtutum noſter Goldbeccius auro
Jam rutilans tenero pallidus ipſe jacet?
Siccine vix auri juvenilis pandere venas
Exorſus jam tum ſiccus is amnis erit?
Siccine nobilius mentis vitæque metallum
Ereptum nobis ſcribimus ante diem?
O fatum præceps! o mortis præcocis iras!
Nilne tuam redimit, mors truculenta, moram?
Aurea non poſſunt te primæ munera pubis
Flectere, non pectus de meliore luto?
Tu juvenesque ſenesque fero proſternere ferro,
Ætatis ſeriem vertere mira ſoles,
Non donis, fulvo non exorabilis auro,
Serius ut genitos ſerius antra tegant.
Aurum Goldbecci ſignabat nomen & omen;
Immunis ferro non tamen ille tuo,

Ediderant luteum communis viſcera matris,
Ingenitæ labis concomitante malo;
Fonte ſalutifero ſed mox baptiſmatis almi
Aurum prolutus protulis ipſe ſuum,
Juſtitiæ fulgens radiis, dioque colore,
Auriferæ qualis non reperitur aquæ,
Et qualem neſcit Pactolus divite fundo;
Threiciusque Hebrus, congener atque Tagus.
Auriſluæ quicquid fluvius quis jactat arenæ,
Auro Goldbecci tum minus omne fuit:
Aureus atque Ophir Salomoni miſſus ab oris
Theſaurus totus bractea viſus iners,
Splendida terra, nihil niſi forte crepundia mundi,
Fortunæ luſus ludibriumque levis;
Auricomus noſter Chriſti radiabat ab auro
Æterni pretii ponderibusque gravi.
Quo jam donatus pietatis non minus aurum
Candidius magno cœpit amore ſequi,
Exoſus vitium, nunquam monitoribus aſper,
Sive domi juſſus vivere ſive foris.
Vix per ſena poli ſol aureus aſtra cucurrit:
Bruma ſemel rediit vere repulſa novo:
Vidimus hunc Juvenem noſtri ſubſellia cœtus
Jngenii flammis condecoraſſe ſui.
Auribus aſſidue Sophies captaverat aurum,
Quod Schola, quod templi pulpita ſacra dabant.
Non illum ſcoriæ, non excrementa juventæ
Laſcivæ, Secli quisquiliæque mali,
Sordibus infectum potuerunt turpibus una
Cum multis aliis vertere in omne malum.

Eſt tuitus nomen ſtudio Goldbeccius auri.
Cujus quam ſanctus fulget ubique nitor,
Moratos populos, qua nec dum nocte ſepultos
Fœdæ barbariæ Phœbus uterque videt!
O ſi virtutis ſpondens locupletius olim
Augmentum nobis ſit ſuper ille probus,
Poſt ſummum Numen reverenter habere magiſtros
Doctus, & obſequii vincula ferre pii!
Heu quantas hodie ſpes velociſſima rodit
Mors! quantæ terra contumulantur opes!
Proh! obfuſcatum Virtutis cernitur aurum:
Omnia venturi temporis ampla ſilent.
Exanimat Juvenem felici ſidere natum,
Indolis egregiæ laude maligna febris.
Sic pallens aurum queritur mœſtiſſima mater
Et lacrymis, abſens ſit licet, ora rigat,
Defunctum propere quia Magni Conſulis ædes
Hinc Pædotribam mœret abire procul.
Ipſa gemunt pariter noſtræ vel muta Minervæ
Tecta, ſacer gemitu perſonat ipſe focus:
Et nos diſcipulo nimium cita juſta probato
Solvimus hos manes proſequimurque bonos,
Sic cuncti triſtes, ut ſunt, qui funera acerba
Natorum in gelidam ferre jubentur humum.
At quid dicendum tandem? veneranda voluntas
Cœleſtis Patris rexit & iſta bene.
Aurum Goldbecci mortis pallebit in umbris,
Æthere ſed melius ſplendidiusque micat.
Aureus hic fulget longumque renidet in ævum
Spiritus, & penſat priſtina damna ſoli,

Non

Non unquam poſthac metuens proniſſima mundi.
Scandala. Sic felix atque beatus ait:
O ſocii relicta gregis ſuaviſſima turba,
Aurum virtutis veſtra juventa ferat.
Credite ne nimium veſtris, ne credite, quæſo,
Annis: ah mecum diſce, juventa, mori.
Aurea cui cœlo ſperatur mente corona,
Aurum det cœlo jam juvenile ſuo.

In
Der Trauer-Rede/
So ich eben demſelben Jüngling gehalten/ ward gelobet und bedauret
Der Gold-Fluß tugendhaffter Jugend/
Und hierbey war die Zuſchrifft an die Hochbetrübte Freundſchafft.

DEr Goldfluß ihrer Luſt iſt Goldbeck ach! geweſen/
Der edlem Golde gleich durch weiſe Jugend war/
Sie dachten von dem Strom viel Freuden-Gold zu leſen/
Wenn deſſen zarter Gang vermehrte ſeine Jahr.
O Jammer! daß es ſchon/ Betrübte/ kläglich heiſſet:
Ein ſolches Hoffnungs-Gold verfällt ins todte Meer
Und in das ſchwartze Grab. Doch Goldbeck glänzt und gleiſſet/
Nun prächtiger bey GOtt. Sein Fluß iſt nimmer leer/
Sein Gold fleuſt ewiglich vermehret und verkläret/
Wo jenes Paradieß mehr denn vier Ströme zehlt:
Dis Gold des Troſtes ſey/ Leydtragende/ bewähret/
So weiß ich/ daß es euch an keinem Troſte fehlt.

Cum

Cum
JUVENIS
Pius, Modeſtus atque ſedulus,
Gymnaſii Berolinenſis per Annum cum quadrimeſtri
Alumnus probatiſſimus
Gotthilff Stockfiſch /
Hertzbergenſ. March.
præmatura morte extinctus eſſet,
Nomine Collegarum dicti Gymnaſii deſcriptum exhibebam/
Mare Pacificum beatæ æternitatis,
Quod Juvenis ille, trajecto mundi tumultuoſo ſalo, feliciter ingreſſus erat.

ÆQuore pacifico nautæ lætentur Iberi,
Securum pandit qua novus orbis iter,
Hinc Aſiæ ſpectans, illinc ditiſſima Peru,
Quæ ſunt inventum Regna, Columbe, tuum.
Hic maris Auſtralis placidum tentare profundum,
Hac auræ placeat mollia flabra ſequi,
Pacatasque Notis, tumidis & fluctibus undas
Naufragii nullo pervolitare metu.
Nil tutum terris: Elementa per omnia currit,
Mortalesque ſuus carpit ubique dolor.
Non hunc urbis opes, non murus aheneus arcet,
Æſtuat ipſe ſolo, ſævit & ipſe ſalo,

Indo-

Indomitus gravidæ Thetidis contemtor, & idem
Campeſtri Martis neſcius arte premi.
Scilicet hæc hominum volvuntur triſtia fata,
Ex quo ſunt ſancto gens malefida DEO,
Et Paradiſiaci temeratis legibus orbis,
Jam ſitiunt miſeri flumina priſca diu,
Quæ coiere ſimul ſalientia fonte quaterno,
Ut biberet juges hortus amœnus aquas.
In ſtygiam contra noxæ lethalis abyſſum
Nunc merſos eheu! nos ea læta latent,
Spiritus ætherio quamprimum numine lucem
Haurit, & ingreditur primus in oſſa calor,
Nunquam pacificum mundi vitæque caducæ
Continuo querimur navita quisque mare.
Nunc Bellona ratem circum furioſa miſellam
Fulminat & trepidum dira celeuſma movet:
Nunc fragilem ſenſim morboſa vorago phaſelum,
Nec raro viridi membra vigore vorat:
Nunc gemit inſidias metuens & mille tumultus,
Sæpe vocans rauco murmure malus opem.
Fluctus ut inſequitur fluctum, ſic tempora verſat
Noſtra catenatis ſors inimica malis.
Qualiter, oſtriferi ſi queis tententur Abydi
Fauces, attonitos læſa carina vehit,
Ipſeque veſano Palinurus gurgite Ponti
Tunc agitur dubius, non agit artis opus:
Haud aliter nobis, ventoſa per æquora mundi
Vectis, centuplici corda pavore tremunt.
O nimium felix, o terque quaterque beatus,
Naufraga qui juvenis tranſilit iſta vada,

Ac

Ac terræ citius rellinquens littus iniquum
  Enatat ad ſuperi viva fluenta poli!
Illic æternis generati montibus amnes
  Lætitiæ manant, dum manet ipſe DEus.
Hic mare pacificum videas, hic Nerea demum
  Marmoreo ſolitum lenius ire freto.
Suſpenſas illic puppi victrice coronas
  Cœlituum cœlis quam ſacer ambit honos,
Perpetuumque jubar, pelagi quod nullius æſtus,
  Nullus mutabit Sole favente dies!
Sorbeat infami Scyllæ vicina charybdis,
  Quæ ſtrident Siculo pinea texta mari:
Antennas quatiant venti velut agmine facto,
  Mauraque Getulis Syrtibus unda fremat;
Spirabunt iſthic Zephyri lenesque ſuſurri,
  Oceanum nunquam linquet amica quies;
Otia non ullum quæ claudat Eteſia tempus,
  Cœlo ſic pariter propria ſemper erunt.
Bella crepent hoſtes; ibi torrens aureus almæ
  Pacis ludibrium claſſica ſigna putat,
Armatasque hyemes diuturnum neſcit in ævum,
  Et metuit Xerxis ferrea vincla pati.
Adde, quod in terris adamans Neptunia regna
  Inſipidi ſpumas proruit ære ſalis;
Veſtiet aſt cœli quod Tempe grata profundum,
  Florida quam dulci prata liquore rigat,
Quam largo æternum perfundit melle beatos!
  Hinc nova materies ebrietatis erit,
Quæ ſanctos deceat, genialia feſta ſubinde
  Illuſtri redeunt dum celebranda choro.

O uti-

O utinam tantæ nobis in carmine vires,
  Dives & eloquio nunc ita vena foret,
Poſſet ut Oceani talis, quæ plurima reſtant,
  Muſa metris dignis enumerare bona!
Fallimur? an, quoties maris admiranda pererrat,
  Neſcius eſt artis vel Sophus ipſe ſuæ,
Clauſaque naturæ myſteria multa fatetur,
  Dum ſilet, & doctum cor ſtupor altus habet?
Sic mare pacificum quid ſit ſublimibus aſtris,
  In cœtus ſpargat gaudia quanta pios,
Nonniſi prægustu mortalis noſſe viator,
  Enthea nec Pauli dicere labra valent.
Singula tu melius, Stockfiſchi Care, tueris,
  Æthera contingens jam propiore gradu.
Nomine Piſcis eras: amat undis vivere piſcis:
  Te maris Ægæi cingere cœpit aqua,
Impleſti teneris quando vagitibus auras,
  In cunas lacrymæ cum ſaliere tuæ.
Hinc ubi creverunt annis juvenilibus artus,
  Virtutisque ſacer pectora vinxit amor,
Heu tibi quot ſcopulos paſſim præruptaque Saxa
  Objecit proprii perfida ripa maris!
Hæc mundi ratio: fœdæ commercia culpæ
  Siqua verecunda mente juventa fugit,
Semper ei pendet, qui piſces enecet, hamus,
  Dulcibus immiſcet toxica dira cibis.
O bene, quod cautus tales contemnere noras
  Illecebras atri dæmonis arte ſatas.
Sanguis & unda bonum te piſcem fecerat olim,
  Tu quoque piſcis eras inde, Beate, bonus,

Multi-

Multiplicis lymphæ viſus per ſepta natare,
Vel Schola, vel Templum quæ reſerata dedit.
Iſta ſalutari te ſucco bina bearunt
Oſtia, qui ſedit firmus uterque tibi.
Præmatura nimis niſi te nunc fata vocarent,
Spes erat ingenii non ſimulata tui.
Interea extincto te dum ſolatia quærit
Funereo luctu mœſta paterna Domus,
Lugeat Urſiacis ut te Præceptor Athenis
Non minus, & doleat pectore quisque ſuo;
Attamen hoc ſcriptum tibi laudi flebile carmen
Vel verbo mœſtos exhilarare poteſt;
Morte cita Stockfiſch nunc Acroceraunia mundi
Liquit, pacificum tranſiit inque mare,
Quod portus reddit miſeris pacemque ſerenam,
Plus quam Niliacas quod mare fundit opes.
Non unquam vitii poſthac tentabitur eſca,
Quæ juvenes multos vulnerat orbe malo.
Is fortunatus fallax enavigat æquor
Sic propere, cœlo luſitat uſque ſuo,
Fontibus ex ipſis Sophies ubi perbibit undam,
Et raris cinctas floribus haurit aquas.
O juvenes, juvenes illuc jam mente natate:
Illuc qui didicit morte natare, ſapit.

Mantiſſa variorum Carminum,
quæ ſunt

I. Translati Hymni Sacri.

Vom Himmel hoch da komm ich her / ꝛc.

EN miſſus venio ſummo de culmine cœli,
Ut vobis, homines, nuncia grata feram:
Et numerum ſuperant omnem, quæ nuncia grata
Affero, namque hilari talia voce cano:
Editus eſt vobis infans hac luce tenellus,
Quem luci genitrix virgo tenella dedit.
Quam puer hic dulcis! quam vultu ludit amico!
Hic ſolus veſtri gaudia cordis erit.
Eſt Christus Dominus, noſter DEus atque Jehovah,
Educet cunctis vos puer ille malis.
Ipſe potens generis veſtri vult eſſe Redemtor,
Illud mundabit criminibusque ſuis.
Singula fert vobis cœleſtia dona ſalutis,
Dona, DEI peperit quæ favor ante Patris,
Ut cœli quondam nobiscum ſedibus alti
Ducatis lætos, & ſine fine, dies.
Ergo agite, hæc nati Regis bene diſcite ſigna,
Præſepe & durum, faſciolasque leves.
Sic Bethles miſere poſitum cernetis in urbe,
Qui nutu ſervat cuncta creata ſuo.
O homines, homines, una lætemur id omnes,
Simus Paſtorum nos comitesque choro,
Viſuri, dederit quid nobis gratia ſummi
Patris, cum Nato quid ferat atque ſuo.
Cernite nunc adeo pia nunc mea cernite corda:
Quid præſepe tenet? quid miſer ille torus?
Dicite, cujus erit pulcher qui luſitat illic
Puſio? dicetur Jeſulus ille meus.
Salve, care puer, ſalve dulciſſimus hoſpes,
Non potuit culpæ quem puduiſſe meæ,

Quin ad me miſerum in terras miſer ipſa venires:
  Quas referam grates, optime Chriſte, tibi?
O DEus, o Auctor cunctarum maxime rerum,
  Qui fortuna tibi tam miſeranda placet,
Arida vix dentur teneris ut gramina membris,
  Pabula quæ tauris ſunt aſinisque ſua?
Et quamvis ſpatiis immenſis creſceret orbis,
  Ex auro & gemmis factus ubique meris,
Hic tamen Auguſto tibi non ſuffecerit, arctas
  Præbeat ut cunas atque cubile tibi.
Non fomenta tuis dant ſerica vellera membris;
  Fœnum agreſte, leves panniculique tegunt.
Quo te ſublimem tantum fers paupere cultu,
  Hoc cœleſte tuum ceu decus eſſe putes.
Nempe tibi hæc placuit rerum fortuna tuarum,
  Mentis conſtarent quo mihi ſigna tuæ,
Totius ut mundi vis pompaque, gloria opesque
  Vilia ſint oculis atque odioſa tuis.
Te, JEſu dulcis, precor, o dulciſſime JEſu,
  Ipſe pares in me molle cubile tibi,
Ut mihi mundato poſthac in corde quieſcas:
  Oblitus nunquam ſic ero, Chriſte, tui.
Illa meum ſemper ſed paſcent gaudia pectus,
  Ut ſaliam lætus tripudiansque canam.
Carmina grata canam ſic uſque, & ſuavibus hymnis
  Te, te dulciſonis concelebrabo modis.
Gloria ſit ſummo cœli terræque Parenti,
  Prolem qui nobis non negat ipſe ſuam.
Hoc ovat, hoc gaudet nobiscum ſancta polorum
  Anno ſicque novo plaudit abunde cohors.

Gelo-

Gelobet ſeyſtu JEſu Chriſt/ ꝛc.

1.
JEſu ſit tibi gloria,
Quod naſci voluiſti homo
Verus virgine paupere:
Hæc ſunt gaudia cœlitum.

2.
Æterni Patris unicus
Jam præſepe tenet puer:
Et ditiſſimus omnium
Ægris cingitur artubus.

3.
Orbis quem minime poteſt,
Hunc Nymphæ gremium capit,
Eſt parvusque puellulus,
Solus qui regit omnia.

4.
Lux æterna oritur, novum
Quæ terris retulit jubar:
Lux hæc in tenebris micat,
Lucis nos ſobolem facit.

5.
Natus, cum Patre qui DEus,
Terram luſtrat inhoſpitam
Hoſpes, quo liceat mihi
Cœli intrare palatia.

6.
Quin huc deſiliit miſer,
Noſtri victus amoribus,

 Nobis

Nobis Angelicum decus,
Ut Gazasque poli daret.

7.

Nobis præſtitit omnia
Tanta inſignia gratiæ:
Hæc orbem exhilarent pium,
Hinc JEſum celebret ſuum.

Wir Chriſtenleut / haben itzund Freud / 2c.

1.

Chriſticolis jam
Dulcia fulgent
Gaudia nobis,
Noſtræ ubi lapſæ
Cauſa ſalutis
Movit JEſum,
Vellet ut artus
Sumere noſtros.
Ille redemit
Sanguine cunctos.
Fiſus eodem
Pectore firmo
Vivet in ævum.

2.

Gaudia mira!
Jam DEus ipſe
Virgine verus
Eſt homo natus.

Nym-

Nympha pudica
Extitit illi
Lecta ſupremo
Numine mater.

3.

Culpa dolores,
Gaudia JEſus
Attulit orbi,
Quem modo luſtrat.
Porro miſellis
Gratia nobis
Adſtat Jovæ.
Chriſtiadarum
De grege quis nos
Dicere ſontes
Audeat orci?

4.

Ergo litabo
Carmine grates
Principi JEſu,
Hic ubi propter
Commoda noſtra
Eſt homo factus:
Quisque per illum
Geſtat ab omni
Mole reatus
Libera colla.

 5. Sum-

5.

Summa ſit alto
Gloria Jovæ,
Pectore quisque
Dicimus imo,
Gaudia nobis
Hac quia luce
Tanta paravit,
Quanta vel unam
Sit pudor horam
Dememiniſſe.

Nun laſt uns gehn und treten mit ſingen/ꝛc.

1.

NUnc ambulandum, nunc pedibus piis
Eundum ad aras, ſolvere nunc decet
Suſpiriis hymnisque vota
Relligioſa DEO benigno.

2.

Qui fit, quod annos nunc alios retro
Liquiſſe nobis, nunc alios licet
Intrare lætis? ipſe vivos
Servat & incolumes olympus.

3.

Hoc dante acerbæ tot fugimus minas
Sortis, nec atrox nos perimit metus
Peſtis, nec omnes orbis oras
Vox quatiens furioſa belli.

4.

Ut nempe cœlum nubila triſtia
Siquando condunt, fulmina nec minus
Miſcentur imbri, tunc fidelis
Filiolum genitrix tuetur:

5.

Secura paſcit ſic requies DEI
Natos, in ejus qui latitant ſinu
Inter tot horrendas procellas
Et varios ſtrepitus malorum.

6.

O fide cuſtos tu generis tui,
Nil noſtra nobis conſilia, aut opes,
Nil cura, nil denſata prodeſt
Pervigilum ſine te caterva.

7.

Laudes perennes ſint fidei tuæ,
Quæ ſole ſemper nos nova cum novo
Inviſit; Eſto laus potenti,
Quæ removet mala cuncta, dextræ.

8.

Des porro votis ſupplicibus, Pater,
Aurem benignam: Nos quoties premunt
Afflictionum dura vincla,
Gaudia tu miſeris propina.

9.

Concede cordi tu facilis meo
Cunctisque mecum te ſitientibus,
Ut turbidis in rebus æquam
Quisque queat retinere mentem.

10.
Occlude portas atque iterum mali
Nec luctuoſas pande fores, DEUS:
Sat Martis eſt lugubris orbi:
Flumina lætitiæ reducas.

11.
Accede noſtris porro laboribus,
Juſſasque felix dirigito vias:
Fac & ſenes & parva pubes
Sole tui vigeant favoris.

12.
Sis derelictis præſidio, Pater,
Errore captis dux bonus & via,
Te divites fiant egeni,
Quique carent opibus caducis.

13.
Ægrota ſana corpora, ſi voles,
Nubesque mœſtis diſcute mentibus,
Ut paululum reſpiret, ægræ
Quod miſere exanimant querelæ.

14.
Tandemque, ſummum, quod merito manet,
Nos rore Sancti Flaminis irriga,
Hic dotibus cujus decori
Tecta ſuperna petamus olim.

15.
Hæc vota ſupplex nuncupo: Tu dabis,
O vita, vitæ tu columen meæ,
Des omnibus mecum ſub anni
Auſpicium has, Pater alme, ſtrenas.

Das

Das alte Jahr vergangen iſt/ꝛc.

1.
ELapſus eſt annus vetus,
Hinc, Chriſte, grates dicimus
Tibi, perennis ſoſpitat
Nos cujus indies favor.

2.
Rogamus, æterne o puer
Regis Patrisque maximi,
Cuſtodias orbem pium
Et per futura tempora.

3.
Serva ſalutaris tui
Amœna verbi paſcua,
Averte falſa dogmata,
Semperque nos clemens juva.

4.
Fac deſeramus crimina,
Et ſanctitatis in viam
Redeamus: obliviſcere
Culpam benignus priſtinam.

5.
Da quisque vivat hic pie,
Claudat beatus lumina,
Surgatque lætus poſtea
Tecum petiturus polum.

6.
Te prædicabit gratior
Sanctos & inter Angelos:
Auge interim nobis fidem,
O Chriſte, honores in tuos.

 Was

Was mein GOtt wil / das geſcheh allezeit/ &c.

1.

FIat perpetuo, quod Dominus volet:
Velle hujus merito dicitur optimum,
Is promtus miſeris auxilio venit,
Queis non ambigua ſuſcipitur fide.
Arctis rebus adeſt ipſe benignior,
Certis atque tenet limitibus mala:
Confiſus ſupero firmiter ætheri
Non unquam auxilii dulcis inops jacet.

2.

Solamen DEus eſt, ſubſidium & meum,
Hic ſpes, hic animæ delicium meæ:
Sors quæcunque mihi venerit à DEO,
Mens omnem intrepide ſuſcipiet libens.
Stat labi Domini neſcia veritas,
Creſcentis numerum quæ tribuit comæ
Regi illi ſupero pervigili ſimul,
Nos ut proficuum deſtituat nihil.

3.

Sic fatis igitur quando videbitur,
Mundo quisquilias linquere ſtat ſuas,
Fatalemque hilari fronte necis diem
Exſpectare. Animæ conſulitur meæ,
Si tutas Domini traditur in manus.
Vim noxæ, ſtygios dæmonas, & necem,
Te victore, mihi ſubjicio, DEus.

5.

Aſt hoc, care Pater, te precor unicum,
Quod nec difficilis dextra dabit tua;

Me

Me tentat quoties Spiritus improbus,
Ne luctanti animæ ſpes cadat & fides.
Adſis tu propius, prælia tu juves,
Hinc emergat honos nominis ut tui.
Iſthæc vota ratus fallere neminem
Claudam dulciſonis cantica plauſibus.

Warum ſolt ich mich denn grämen / &c.

1.

QUid meum laſſet mala cura pectus?
Eſt mihi Chriſtus vel adhuc ſuperſtes
Quis mihi cœlum rapiet, fideli
Corde receptum?

2.

Nudus in terris jacui, tenellus
Cum meos primum tepuit per artus
Spiritus; linguam pariterque nudus
Umbraque terras.

3.

Non in acceptis mihi dona vitæ,
Non opes unquam tulerim; ſupremum
Hæc dedit Numen, vel iis ademtis
Quod celebrabo.

4.

Illud anguſtis trepidare rebus
Si jubet, ſtabo generoſiori
Mente: Qui mittit mala, finit idem
Limite certo.

5.

Me diu ſortis genio ſecundæ,
Si DEus fovit, leve quid recuſem

Fer-

Ferre onus ? Lenis DEUS eſt : acerba
Leniet ille.

6.

Nil mihi dæmon furiæque mundi,
Nil ferent damni, niſi forte verbis
Luſerint : ludant ſubituri Olympi
Vindicis iram.

7.

Mente ſit ſemper ſolida atque forti,
Qui volet Chriſti pius eſſe cultor,
Nil pavens, præſens etiamſi mortem
Afferat hora.

8.

Nulla enim mortis poterit necare
Vis pios ; multis animam periclis
Liberat contra, reſeratque læti
Oſtia cœli.

9.

Poſt breves illic dabitur dolores
Gaudio paſci ex animo perenni :
Hic bonum nullum ; bona cuncta terræ
Vana manebunt.

10.

Vita quas præſens dat, opes arena,
Pulvis & fumus, grave cordis atque
Sunt onus ; cœlo meliora Chriſtus
Dona paravit.

11.

Paſtor, o JEſu, meus atque ductor,
Invicem juncti maneamus uſque.
Sum tuus, vitam cui tu redonas
Sanguine multo.

12.

Tu meus contra, fidei receptus
Brachio, poſthac etiam tenendus
Arctius : Nexu propiore amica
Jungito colla.

Nun dancket alle GOtt mit Hertzen / Mund und Händen / &c.

1.

Cordibus, ore, manu grates exſolvite ſummo,
Cujus nos bonitas protegit uſque, DEO.
Numine qui magno fovit cunabula noſtra,
Nos in præſentem qui fovet uſque diem.

2.

Hic DEUS æternus, ſimul & prædives in ævum,
Det, nobis lætis pax ſuper orbe micet.
Illius in ſeros nos clemens provehat annos
Gratia, diverſis eripiatque malis.

3.

Gloria, laus & honor cum Nato ſunto Parenti,
Quodque æquale viget Flamen utrique ſacrum.
Gloria ſit Jovæ, qui ſemper trinus in uno,
Idem perpetuo qui fuit, eſt & erit.

In dieſer Morgenſtund wil ich dich loben / &c.

1.

TE ſedet primo celebrare mane,
O Pater, celſo reſidens olympo :
Quæ mihi ſemper bona das benignus,
Hæc memorabo.

2.
Me tua in lucem dederat pronœa,
Filium ſacris & adoptat undis,
Et tuum propter mihi fœda demis
Crimina Chriſtum.

3.
Me ſacro Flatu pariter beaſti,
Qui meam ducat doceatque mentem,
Te ſequi fidis oculis tibique
Fidere ſoli.

4.
Hactenus nutrit tua me paterna
Cura dans, quicquid fuerit neceſſe:
Illa me ex vinclis quoties malorum
Illico traxit.

5.
Jamque cœleſtes mihi per miniſtros
Nocte tutelam, Pater, addidiſti,
Nulla turbarint ut amara pectus,
Nulla quietem,

6.
Hæc DEus, labris animoque grato
Jure decanto benefacta tanta,
Queis mihi cunctis tua favit oris
Dextera larga.

7.
Tu velim pro me vigiles & ultra,
Me nova tutum jubeasque luce
Eſſe, ne telis Satanæ maloque
Obruar aſtu.

8. Da

8.
Da gregis membrum maneam ſacrati,
Orbis intactum nocituro ab igne,
Neu ſinas, menti propriæ libido
Frena relaxet.

9.
Sis, precor, cuſtos & amicus illis,
Quos mihi terris voluiſti amicos
Tu mihi vitam reliquasque dotes
Porro tuere.

10.
Tu Ducem ſerva, Ducis & miniſtros,
Fac &, ut terras vireat per omnes
Fauſtitas cunctis mala probra nobis
Damnaque pellas.

11.
Da mihi vires hodie atque robur,
Lætus ut juſſos obeam labores,
Inque iis cunctis tua rite fiat
Sancta voluntas.

12.
Poſt ubi fato miſerum ſtatuto
Serius linquam citiusve mundum,
Fac tui inſonti moriar beatus
Sanguine Chriſti.

13.
Sic meæ menti bene ſicque membris,
Sic ſatis felix ſuper orbe vixi,
Repperi & veras polo opes in alto,
Victor in ævum.

14. Iſta

14.
Iſta cum Nato, Pater, atque Sancto
Cuncta qui Flatu ſapiens gubernas,
Iſta concedas mihi, nec negato
Anxia vota.

Nun ruhen alle Wälder / &c.

1.
ARbuſta jam quieſcunt
Sedante nocte ventos,
Urbes ſilent & agri
Mundique Sphæra noſtri.
Vos excitata contra
Haud eſto ſomnolenta,
Sed quæ DEO placebunt,
Hæc, corda, cantitate.

2.
Quo, Phoebe, quo meaſti
Fuga parans tenebras?
Te vaſta noctis umbra
Hoſtis fugat diei.
Aſt ilicet, refulget
Hic quippe Phœbus alter
JEſus amandus uſque:
Hic cor meum ſerenat.

3.
Amica lux receſſit,
Et ſiderum niteſcit
Aurum poli per arva
Vario colore picta:

Sic

Sic pulcher ipſe ſtabo,
Cum Numine evocante
Defunctus, hac migrabo
Ex valle lacrymarum.

4.
Corpus quiete molli
Paſci repente geſtit,
Jam veſtibusque ſolvi,
Quæ certa ſigna mortis
Hic exuo, ſed illis
Pro veſtibus miſellis
Me gloria perenni
Circumdabit Redemptor.

5.
Cor & pedes manusque
Vertexque jam peractis
Laboribus triumphant
Sibique gratulantur:
Sis, corculum, ſerenum
Sis gaudiique plenum:
Terram gravem relinques
Et criminum labores.

6.
Artus abite feſſi,
Dormite laſſa membra,
En ſtrata ſunt parata,
Deſiderata ſtrata,
Mox imminebit hora
Et lux amœna valde,
Intrare qua licebit
Mollis cubile terræ.

O 7. Ca-

7.
Caliginoſa utrumque,
Nictare nox ocellum
Cogit modoque claudet
Hoc oſtium gemellum:
Heu ſpiritus manebit
Ubi meumque corpus?
Tu ſoſpites utrumque,
O Tutor Iſraelis.

8.
Expande amoris alas,
Fons gaudii Redemptor,
Me debilemque pullum
Hac protegas ſub umbra:
Si me ſtudebit orcus
Sorbere fauce dira,
Grex flammeus reclamet:
Hinc abſit omne damnum.

9.
Sed vos, amica corda,
Nil noctis in tenebris
Incommodi nihilque
Diſcriminis timete:
Dormite perbeati
Benignitate Jovæ,
Et ſtrata veſtra circum
Stent milites Olympi.

(O)

II. ANAGRAMMATA.

Area. Cara.

Cara manet terris, quæ nummos continet, *arca*;
Cara fuit cœlis ſed magis *arca* Noæ.

Pietas. Sapiet.

Deſipit in mundo *Pietas, ſapit* optima cœlo
Et *ſapiet*: Sapiens in Pietate mane.

Avis. Vias.

Mille *vias* carpit volitans pernicibus alis,
Ad quod naturæ numine fertur, *avis*.

Erde. Rede.

GOttes **Rede** ließ und hieß ehemahls die Erde ſtehen/
Auff deſſelben **Rede** wird auch die **Erde** bald vergehen.

Leben. Nebel.

Was iſt dein **Leben** hier? O Menſch dis Wort zurück
Geleſen/ lehret dich/ es ſey ein Augenblick/
Gleichwie ein **Nebel** bald vergeht/
Dein **Leben** auch nicht lang beſteht.

Dame. Made.

Die ſchönſte **Dame** muß nur eine **Made** ſeyn/ Job. 25/6.
So klingt das Wort verſetzt/ das Grab friſſt ſchönen Schein.

Equus. Uſque

Ad metam donec poſitam devenerit *uſque*,
Quadrupedante ſono currere geſtit *equus*.

Dies. Edis.

Quid facis orbe, *dies*? edis omnia in orbe creata:
Edis tu libros, quos inimicus *edis*.

Riſus. Si rus.

Si rus delectat multos & ruſtica vita,
Ruſticus his placeat *riſus* abunde, licet.

Spes. Seps.

Seps mordens fertur rellinquere putrida membra;
Quam multos mordet *ſpes*, edit atque necat!

Cera. Arce.

Cera recens juvenis: formam quamcunque receptat:
O *arce* vitium: ſtabit in *arce* boni.

Margarita. Grata mari.

Eſt *Margarita*, filia
Maris, mari gratiſſima,
Mage *grata* juncto ſed *mari*
Sua *Margarita* fœmina.

Domus. Dumos (*Luc. VIII. 14.*)

Quid *domus* orbe parit curis pleniſſima? *Dumos*:
Si fugis hos *dumos*, linquere diſce *domus*.

Quid eſt Veritas? (*Joh. XVIII. 38.*)
Eſt Vir, qui adeſt.

Quid veritas eſt? tu Pilate, dum rogas,
En Chriſtus *eſt vir* ille, *qui* ſat *adeſt* prope,
Hic veritas, æterna quin eſt veritas. Joh. XIV, 6.

Galenus. Angelus.

Angelus eſt Medicus felix; fuit ante *Galenus*
Talis: & *angelicam* dat medicamen opem.
Angelus hinc quidam Tobiæ fidus Achates,
Illius Medicus qui fuit ipſe patri,

Eſt recte dictus *Raphael*. Manet *Angelus* omnis
Is Medicus, cujus prompta medela juvat.

Turcia. Urtica.

Ne mala Chriſticolas *Urtica* furentibus urat
Cædibus, excidiis uratur *Turcia* juſtis.

Aliud.

Tacta ſuis ſtimulis digitos *Urtica* perurit
Armata: *Urtica* eſt *Turcia*, vulnus agit.
Bellorum ſtimulis *urit* pungitque, viciſſim
Uritur Urtica Mulciber hoſtis adeſt.

Jeſulus. Es Julus.

Julus es, in ſtabulo Bethles prognatus JEſu;
Tu flores, florent & tua membra fide.
Julus es: heu quare te menſis *Julius* orbi
Non dedit? hunc aſper, credo, December habet?
Principis Æneæ fuit iſto nomine *Juli*
Præditus Aſcanius: ſtirps tua clara magis.
Julus es, æterni Patris prognatus in horto,
Filius ipſe DEI, congener ipſe DEus.
Julus es in cunis, tamen edite virginis alvo:
O infans ſuavis, quam tua labra virent!
Jeſule, fac ut ego ſim per te pulcher *Julus*
Floribus & ſacris, fructibus atque piis.

Euchariſtia. Cithara Jeſu.

O dulcis *Euchariſtia*,
Quam mira præbes gaudia!
Tu corda per fidelia
Diffundis oblectamina
Majora, quam vel Orpheus
Poterat ciere Muſicus.

Jeſu mei *cithara* manes
Tu ſuavis ac lætum melos.

Paulus Apoſtolus. Tu populos ſalvas.

Nomine cur celebri tu, *Paulus Apoſtolus*, ævum
Notus in omne manes? in promtu cauſa probanda:
Tu populos ſalvas lingua, ſcriptisque relictis.

Sudor. Duros.

Inſequitur *duros ſudor* comes uſque labores,
Et *ſudor duros* nos facit atque labor.

Ariſtoteles. Sol erat iſte.

Summus Ariſtoteles *Sol* cunctis luxit in oris:
Sol mundo lumen, *Sol erat iſte* ſolo.

Roma. Armo (Ramo. Amor.)

Roma vetuſta loqui ſi poſſet, diceret: *armo*
In terras multas me populosque meos.
Hem quot ego Heroas *ramo* victore decoros
Oſtento, patriæ quos animabat *amor*!

Ver. Ure (Rue.)

Ver tepidum primum ne nobis longius *ure*
Corpora, tu potius menſe ruente *rue*.

Aurum. Arvum.

Aurum divitibus jucunda dat omnia, ut *arvum*
Agricolis; at ſpes fallit utrinque ſuos.

Laurentius. In te laurus.

Tu, quem Martyribus candens craticula junxit.
Qui Chriſtianis diceris *Laurentius*,
Eſt *in te laurus*, quæ vernat in æthere celſo
Semper, ſuos & uſque flores poſſidet.

Argen-

Argentum. Gratumne? (En gratum!)

Quid rogitas, homines inter *gratumne* ſit orbe
Argentum? *en gratum* quisque ait eſſe dies.

Alſtedius. Sedulitas.

Alſtedius, docto qui ſcriptis complacet orbi,
Nil niſi *ſedulitas* ipſa ſtupenda fuit.

Corpus. Porcus.

Corpus nimium fovet unicum
Epicuri de grege *porcus*.

Navis. Vi nas. An vis?

Nas undas inter, *navis*, *vi* tracta, retracta
Murmuris Æolii fluctiſonique maris.
O fragilis *navis*, rabioſo credere ponto
An te *vis*, homines, corpora, corda, bona?
Pinea texta undis *an vis* Magnetica ſervet?
An vis Ventorum ſit procul inde ferox?

Fiſch. Schiff.

Teutonia lingua *piſcis navisque* ſimul ſunt;
Sunt *naves piſces* æquore ſæpe ſimul,
Ipſe ſibi *navis piſcis* natat; innatat undis,
Ut *piſcis*, *navis piſce* natante ſimul.

Roſa. Oras. Raſo.

Vertice quid *raſo*, Monache, *oras*, aſtra merendi
Spe? timidæ tantum ſunt *roſa* pulchra preces.
Turgida tu templis Phariſæus verba perores;
Fruſtra *oras*: iſtæ ſunt *roſa roſa* preces.

Vitis. Si tui.

Si vis eſſe *tui* juris, tua pectora fallax
Non intret *vitis*; jus rapit illa ſibi.

Penta-

Pentadecas Anagrammatum in Venerabile Nomen

DOMINI M. Rodigaſt /

Gymnaſ. Berlin. RECTORIS celeberrimi.

1. *Rodigaſtus.* *Surgis : dota.*

SAt meritus clari dum Rector, AMICE, Lycei
Surgis, Io clamat Muſa vovetque mea:
Incolumis longum *dota* ditaque peramplis
Dotibus ingenii pectora multa Tui.

2. *Rodigaſt.* *Dat gyros* (y pro i)

Panſophiæ *gyros* omnes è vertice docto
Percelebris *Rodigaſt* datque docetque ſuo.

3. *Rodigaſtius: Dis Argo, tuis.*
item 4. *Studiis Argo.*

Argo navis erat quondam, qua Colchidos oris
Extulerat Jaſon *vellera cara* ſatis,
Aurea quippe, ſuis & decantata Poëtis,
Priſtina quos ætas aurea cunque dedit.
Sic equidem fuerat perdives Græca carina
Iſta, ſed has mendax fabula laudat opes.
Argo Tu contra *dis* vero nomine Muſis
Diceris, Muſis dum revireſcet honos.
Aurea nam Sophies miræ, quin enthea navim
Ingenii decorant vellera cuncta Tui.
Gratulor ergo *tuis*, quibus hæc *dis* ſiſtitur *Argo*
Doctrinæ largas divitiasque vehit,
Divitias, auro quas non componere fulvo
Poſſumus, aut ullis æquiparare bonis.

O ju-

O juvenes, *ſtudiis* hæc excellentibus *Argo*
Rara diu ut ſuperet, vos rogitate DEum.

5 *Rodigaſtius.* *Studio rigas.*

Improbo mentes juvenum labore
Tu *rigas* totus *Studio*que, AMICE:
His tuis raras dedit, his dat artes
Aureus imber.

6. *Rodigaſtius.* *Roga ſtudiis.*

Tu quisquis cumulum vis ſapientiæ
Convectare bonæ, da *Rodigaſtio*
Aures, huncce *roga*: qui rogitaverit
Hunc, creſcet *ſtudiis* nobilioribus.

7. *Rodigaſtius.* *Studio Argis.*

Muſa centenis oculis dat *Argos*,
His *Rodigaſtus* numerari in *Argis*
Jamdiu magno *ſtudio* meretur
Ingenioſus.

8. *Rodigaſtius.* *Studia gyros.*
item 9. *Adis tu gyros.*

Siſyphios *gyros* ſcholicorum mente laborum
Tu forti Rodigaſt, (hinc tibi nomen) *adis.*
Sic tua per *gyros* remeant *ſtudia* ipſa gemellos.
Quos labor ingenii deliciæque rotant.

10. *Rodigaſtius.* *Studii agros.*
item 11. *Studio agris.*

Ingenui *ſtudii* celeber *Rodigaſtius agros*
Fœcundat, *ſtudio* Muſarum fervet in *agris.*

 12. Ru-

12. Rodigaſtius. *Tu diis agros,*
item *13. Tu dios agris.*

Tu, Rodigaſti, Mercurialium
Sidus Virorum, *tu* colis imbribus
Diis inexhauſtæ Minervæ
Palladios vigilanter *agros.*
Tu das iisdem fertilis ingeni
Roresque *dios* cunctaque munera
Agris: Virento ſic perenni
Flore tuo peramica rura.

14. Rodigaſtius. Rogas, *tu diis.*

Siqua juventa *rogas*, quis ſit doctusque Magiſter
Et fidus, o adi meum *Rodigaſtium:*
Illius auditor *tu* ſedulus ipſe futurus
Reddes onuſta corda *diis* artibus.

15. Rodigaſtius. *Sta diu, gyros.* (y pro i)

Sta diu felix, Rodigaſti, & orbi
Utiles *gyros* Scholici laboris
Perge verſandos iterare longum
Vivus in ævum.

Idem precor *Eteoſticho in annum* 1698. quo VIR Honoratiſſimus Rector Gymnaſ. Berlin. ex omni merito creabatur.

O Inlens noſter VIVaX eXIſtIto, ſeros
SIt ſoſpes ReCtor SaMVeL RoDIgaſtIVs annos!

In

In idem nomen alia duo Anagrammata.

Rodigaſtius. *Sudaſti gyro* (y pro i)

PEr multos olim, RODIGASTI, ſtrenuus annos
Sudaſti gyro Muſarum, quem tua ſolers
Eſt emenſa juventus & provectior ætas:
Sudaſti gyro jamdudum Doctor eodem.

Rodigaſtus. *Rigaſti duos.*

Arte *duos* celebri campos, RODIGASTE, *rigaſti*,
Jenam, Berlinum, clarus & inde manes.
Clarus & inde, *duos* quod campos arte *rigaſti*
Berlini varia, VIR memorande, tua:
Gymnaſii claſſem primam pariterque ſecundam,
Qui floret ſtudio campus uterque tuo.

Huc pertinet illud Scaliger. Epidorpid.
Lib. 3.

Tellus veluti, aſpergine compluta beata,
Sub Sole novo fundit opes optima mater:
Sic ſe è minima ſubjicit, immenſaque creſcit
Mens in juvenis pectore ſub voce Magiſtri.

Cum

Cum

Plur. Reverend.

DOMINUS

VVERNERUS PERSIUS,

PASTOR Beuſter. March. Eccleſ. Vigilantiſſimus Conjugium ſecundum conſummaret,

à me ſiſtebatur

PERSIUS ἀναγραμματισθεὶς in gemino Dodecatemorio.

1. Perſius. Reſpuis.

Reſpuis ex merito viduæ faſtidia vitæ:
Nam ſoli & viduo non erat ante bene.

2. Perſius. Superis.

Præco DEI *ſuperis* operatur honoribus iſte
VIR, cui jam *ſuperis* cœli ſe bellula fatis
Sponſa lubens ſociat: Sociatos, opto, ſequantur
Sedibus è *ſuperis* ſemper proſperrima fata.

3. Perſius. Se puris.

Ritibus en *puris ſe* puræ jungere Nymphæ
Myſtes Maritus optimum putat optimus.
Delectent ambo *ſe puris* uſque diebus,
Nullaque commixtis mali caligine.

4. Perſius. Es puris.

Senſibus *es puris* omnem fucumque peroſis,
Candida jamque tibi Sponſa petita venit.

5. Per-

5. Perſius. Sis pure.

Sis pure felix, nullis luctusque neciſque
Angaris, o *Perſi* Marite, nubibus.

6. Perſius. Es rupis.

Es rupis immotæ tui
Jeſu miniſter ſedulus,
Es rupis immotæ tui
JEſu beatus gratia.

7. Perſius. Se rupis.

O ter beatus & quater,
Qui *rupis* unicæ DEI
Tecum latens ſub tegmine
Se præſtat imperterritum!

8. Perſius. Is rupes.

Stabit *is* æternum veluti Marpeſia *rupes*,
Qui tecum, *Perſi*, fidit ubique DEO.

9. Perſius. Sis rupe.

Conjuge cum dulci *ſis* tutus *rupe* ſub alta,
Eſt quæ conjugii fons & origo DEUS.

10. Perſius. Si rupes.

Si rupes tecum perſtabit Chriſtus, AMICE,
Nil Aſmodæa ſumis ab arte mali.

11. Perſius. Is (verbum) *rupes.*

Is lætans hodie, dum redeuntia
Te feſta exhilarant conjugialia:
Rupes infragilis lætitiæ tuæ
Ut ſint, ingenuo pectore comprecor.

12. Perſius. Perſuis

Diſſutos gladio truculento mortis amores
O quam deflebas, Perſi adamande, tuos!

Nunc

Nunc tamen hos *reſuis*, quin *perſuis* auſpice ſummo,
A quo juncta tibi Nympha venuſta, DEO.
Faxit is, ut vinclum vos inter amoris amicum
Mortis acus ſera disſuat ipſa die.

13. *Perſius. Sis Peru.*

Est dives ora *Peru*
Inventa per Columbum,
Et mole quæſtuoſa
Gravans Ibera vela:
Sis o amœna *Peru*
Tu, nuptialis ora,
Sis læta, ſis perenni
Felicitate dives!
Tu, nuptiale tectum
Sis omnibus refertum
Jucunditatibusque
Amœnitatibusque,
Hic eſto copiarum
Salubrium profundum,
Hic liberaliori
Effuſa mella cornu.

14. *Perſius. Res pius.*

Res pius aggrederis ſpectantes vota *ſecunda*:
Ergo *ſecunda* manent.

15. *Perſius. Spes rui.*

Spes rui vanas, o AMICE nunquam
Sentias, quarum repetiti amores
Dulcibus gaudent ſtimulis amica
Illecebraque.

16. *Per-*

16. *Perſius. Spes, uri.*

Spes erat in fundo, te cum Pandora reliquit
Coſta prior, viduum nec ſpes rellicta fefellit:
Namque novis hodie te cernimus ignibus *uri*,
Altera dum veniens tibi jam Pandora priores
Abſtergit lacrymas. Sic jubila nubila mutant.

17. *Perſius. Spe uris.*

Deſine (jam ſatis eſt) ſperare: quid anxia corda
Uris ſpe? Sponſæ jam requieſce ſinu.

18. *Perſius. Spe ruis.*

Non *ruis* ergo tua dejectus *ſpe*; tibi ridet
Ecce ſecunda jugo nexa placente Venus.

19. *Perſius. Irus ſpe.*

Ne ſis concepta, *Perſi*, miſer *Irus* in ipſa
Spe gaudiorum; ſint perausta gaudia.

20. *Perſius. I rus ſpe.*

I rus ſpe vitæ, lectiſſima Biga, beatæ:
Urbibus & turbis placeant magis otia ruri.
Vivite felices, & nonniſi ſerius ambo
Viſite cœlorum mellifiua rura ſuperna.

21. *Perſius. Is ſuper.*

Eſt *ſuper is* Victor, quæ ſors dedit, ante malorum,
Nec ſolum queritur porro cubile ſuum.

22. *Perſius. Si ſuper.*

Sit tibi chara diu, *Perſi*, nova nupta ſuperſtes:
Crede, beatus eris, *ſi* manet iſta *ſuper*.

23. *Perſius. Rus ſpei.*

Spes alit ruri ſtudium colonis,
Spe bona ſemen jaciunt in agros,

Ex

Et ſpei fructus veniunt Ceresque
Fœnore largo.
Rus ſpei plenum renovatus ille
Jam torus, *Perſi*, tibi permaneto;
Gaudii ſurgant ſegetes amœnæ
Prole virenti.

24. Perſius. Peruſis.

Sociati vivite læti,
Fauſtoque vigete in amore,
Quo tempora longa *peruſis*
Vobis domus altus Olympus.

Pſalterium. Tu mel paris.

Tu mel paris dulciſſimum,
Pſalterium Davidicum,
Tua mella ſanant felleo
Morboſa luctu pectora.

Jeruſalem. Male vires.

Florebas olim, ſed flos fuit ille caducus;
Nunc *male*, *Jeruſalem* pulvere merſa, *vires.*

Pilatus. Tu lapis.

Chriſtus erat vel te confeſſo Judice prorſus
Inſons, *tu* durus *lapis* at, Pilate, manebas.

Laudator. Adulator.

Omnis *adulator* facilis *laudator*, & omnis,
Qui nimius *laudator*, *adulator* ſolet idem
Eſſe: cave vitio, qui laudas, ſemper ab iſto.

III. Alia POEMATA.

De gemino bello.

DUM fera bella crepant immani murmure Galli,
Turcica dum Martem luna minata novum,
Arma parat contra geminos audentior hoſtes,
Juſtitiam cauſæ qui pius orbis habet.
Hic ſua Pannoniis virtutis pignora in agris,
Tutandis Rheni littoribusque locat.
Agmina miratur jam concurrentia Rhenus,
Iſter & attonitus robora magna videt,
Robora magna Virum, claro quos ſanguine gentis
Teutoniæ natos hæc pia bella decent.
Felices abeant turmæ & fauſto omine noſtræ,
Et mox huc reduces læta tropæa ferant.
Hoſtes in Numen ſtent, ſtabit Numen in hoſtes,
Eventu ut careant vota cruenta ſuo,
Sic noſtra ætheriis reſonabunt laudibus ora,
Aurea cum reddet Secula pacis honos.

De Verno tempore.

VEre novo rerum ſe vivida reddit imago,
Quam prius exanimem ſæva premebat hyems,
Et flores hortis redeunt, & gramina campis,
Naturæque novæ gignitur almus honos.
En minime fallax ſupremi Emblema diei,
Quo noſtra è tumulis corpora reddet humus.
Scilicet hæc lethi quondam vis frigida rodet,
Ut perdant vivum quod fuit ante, decus.

At ventura dies exſangues ſuſcitat artus,
Reſtituens membris robora prima ſuis.
Nec modo prima tamen; multo majora rependet
Ætas, quæ mundi finiet omne malum.
Nil namque infirmum, nil debile proferet illa,
Omnia ſed ſummo plena vigore dabit,
Vere ſequente poli mox ſub radiantibus aſtris,
Nulla quod æternum vertere bruma poteſt.
Illic plantatos cœli vernantibus hortis
Aſperior nunquam læſerit aura pios,
Sed contra Zephyri dulces leneſque ſuſurri
Afflabunt lætos tempus in omne dies.

De Chriſtianorum dignitate illuſtri ex Uſura Satellitii Angelici.

Cingat Auguſtos ſuper orbe Reges
Plurimus miles, vigileſque turmæ
Atque cuſtodum numeroſus armis
Sepiat ordo.
Magnus hic quamvis, tamen ille major
Eſt honos, Chriſti pia quo coruſcat
Gens, miniſtrorum cui jungit ipſum
Agmina cœlum.
Nam quid armatæ poterunt phalanges,
Principem ſi non facilis tuetur
Æther, & ſacrum caput ejus alto
Numine tutum eſt,
Mentis augebat miſeros tumultus
Sæpe conſpectus proprius ſatelles,
Et dabat turbas Siculo Tyranno
Aulica turba.

Sic

Sic opes forſan generiſque ſplendor
Regibus denſas comitum parabunt;
Crede, non juxta dederint fideles
Uſque cohortes.
Chriſtianorum ſed ubique circum
Stant latus fortes juvenes Olympi,
Quos habet candor ſtudiumque diæ
Simplicitatis.
Serviunt iſtæ cui ſoſpitales,
Quæ DEO flammæ famulantur alto,
Hic Diis terræ facile in videnda
Syrmata linquet.
Ipſius Jovæ ſiquidem frequentes
Quamdiu ſecum retinet miniſtros,
Tutior longe eſt, nitet atque pompa
Splendidiori.
Ergo felices meritoque celſi,
Queis ſacro fervent pietatis igni
Corda; cœleſtis comitatur illos
Cingit & ignis.
Hoc inops quondam ſat erat beatus
Lazarus, ſurdas epulonis ante
Cum fores fractis miſere jaceret
Viribus æger.
Hoc triumphali velut ante curru
Vivus in cœlum pius evolavit
Cultor Elias Domini ſacræque
Relligionis.
Da, Pater, porro vigiles iidem
Serviant noſtræ ſuper orbe vitæ:

 Hiſ-

Hiſce fac vecti veniamus ad te
Denique ventis.

Pſittacus ſæpe Pittacus.

P*ittacus* ediderat Græcis oracula docta:
Pſittacus & crebro *Pittacus* ipſe fuit.
Qualis erat, Romæ quem vir Papalis habebat
Aſcanius doctum *dogmata ſacra* loqui.
i. e. Symbolum Apoſtolicum.
Symbolon is fidei promebat *Pittacus* ore:
Haud ita doctus erat *Pittacus* ille vetus.
Non minus & Romæ decimi cum forte Leonis
Pſittacus eſt viſus triſtior eſſe diu,
Quæſitus cauſam taciturna ſilentia amandi,
Sic fatus prompto dicitur ore ſuis:
Æternos meditor longosque ego *Pſittacus* annos:
Pſittacus hic annon Pittacus ipſe fuit?
Dæmonis arte loqui ſed talia creditus eheu
Pſittacus hic ſentit *Pittacus* atque necem,
Et ſic æternos mortis tunc inchoat annos,
Quos forſan notos fecerat ante ſibi.

Ad Juvenem quendam, qui mihi Mundum Symbolicum donarat; à me Mundum Geographicum dono recipiebat.

TU mundum dederas: ego mundum reddo viciſſim:
Hoc eſto fidei pignus & arrha meæ.
Quin age pervolita *mundum* pernicibus iſtum
Alis ingenii: Tutius illud iter,

Quam

Quam quo ceratas extollens altius alas
Icarus Icariis nomina fecit aquis.
Ultra nil addo, niſi quod mens fida precatur,
Ut ſtudiis faveat Jeſulus ipſe tuis.
Is natus *mundo mundus* baptiſmate *mundum*
Te dabat, is Muſas dirigat uſque tuas,
Quo pius & ſolers, ac crimine *mundus* ab omni,
Numinis & *mundi* ſis melioris honos.
Sic *mundi* tandem prorſus labente ſenecta,
Mundus erit cœli ſemper in arce novus.
Hic Præceptori / vel tu jungeris alumnus:
Hic demum vero nomine *mundus* erit.

In fere quotidianam pluviam Meſſi An. 1698. paſſim valde noxiam.

NOn fundunt lacrymas mundi præſente ſenecta,
Ut doleant homines crimina magna pie.
Omnibus hinc lacrymæ deſtillant inde diebus,
Unde almos Soles uvida rura petunt.
Iſtæ ſunt lacrymæ, queis terras obruit imber
Perpetuus, Jovæ collacrymante polo.
Æthera non pulſant lacrymæ de pectore fuſæ
Terrigenum: lacrymæ deſuper ergo cadunt.

De Concordia.

URbs erat Italiæ *Concordia* nomine dicta,
Cujus vix hodie rudera ſola patent.
Sic homines inter ferme *concordia* nusquam,
Illius & raro ſola vel umbra datur.
Credita gentili Romæ *Concordia* quædam
Eſt Dea, ſed dudum eſt illa ſepulta Dea.

Cœca

Cœca ſuperſtitio priſco regnabat in ævo,
Impietas noſtro ſed furiata viget.
Mortuus eſt ipſo, cui dat *Concordia* nomen,
Lutherus noſter, Vir pius ille, die.
Mortua ſed ſimul eſt *Concordia* ſacra per orbem:
O utinam cunctis ſit rediviva locis!
O utinam priſci referat ſic temporis aurum!
O utinam patriæ ſit rediviva meæ!

In Natatorem quendam Anno 1698. Sehuſii in Vetere Marchia Alande flumine ſubmerſum atque extinctum.

ARte *natator* erat, qui vita miles, & ortu
Gallus, *Alande*, tuis exanimatur aquis.
Sic necis inſidias nec Delius ipſe *natator*
Effugit; illa ſolum *pernatat*, illa ſalum.

In Cunas Chriſti.

In noſtris *Cunis* ſunt obruta ſingula *Curis*:
Curas in *cunas*, JEſule, mitto tuas.

Unio (h. e. pax & Concordia) pluris æſtimanda, quam pretioſiſſimus *unio*) h. e. margarita.

ESt *unio* rariſſimus
Pretioſa res mortalibus;
Pretioſa ſed magis *unio*,
Quia rarior concordia.

Beneficia ſæpe ſunt *veneficia* (Gifft und Gaben.)

HUmana, quid *beneficia*
Sunt? heu *veneficia* mala

Sunt

Sunt ſæpe; corda faſcinant
Turbantque conſcientias.
Sunt hæc *venena* noxia
Themidos foro, ſunt & choro,
Nec non toro: fas & nefas
Ferme omne dant beneficia.

His omnibus accedit aliud Sacoma deſumptum
Ex Actu meo Oratorio poſteriori Berolini
d. 22. Novembr. a. 1693. habito, cujus
argumentum erat

Varia Solis conſideratio & applicatio,

In Scena antemerid. & pomeridiana.

I. PROLOGUS,

Perorante

JOACH. CHRISTIANO Barth/

Berlin. March. erat:

SAlve læta dies, lux optatiſſima ſalve,
O ſalve Muſis gratus Apollo tuis.
Gymnaſio felix tu feſta reducis avita,
Ejus Natalis queis celebrandus erit.
Gaudemus reduci ſic te communiter omnes,
Gaudent hi muti te reſonantque foci.
Sol, Auditores, noſtris dicetur Athenis,
Quas hodie primus Sol redivivus adit.

Non

Non tamen in ſolo nobis oratio Sole
Siſtet, paganos forte ſecuta modos.
Cantabunt alii Solis miranda creati
Lumina; Sol aliis aſt erit ipſe DEus,
Et Sol juſtitiæ, qui Solem condidit unus,
Filius æterni luxque decusque Patris,
Spiritus & ſanctus, cujus cœleſte per omnes
Credentum cœtus ſpargitur orbe jubar.
Sol templis, verbum Domini quin porro canetur,
Quicquid & hic Solis dulcius inſtar habet,
Sedem reſpiciens meliori Sole beatam,
Quam, Sol ut Lunam, deligit una fides.
Tum Sol terrenis Princeps celebrabitur Aulis,
Quæque refert Solem, diva verenda Themis.
Hinc duodena ſibi ſumet Sol Ethicus aſtra
Virtutum, vitii nox ubi pulſa retro,
Symbolicusque boni vario ſermone character
Siſtetur, Phœbus quem modo cunque dabit.
His dictis, Solem Lunamque videre Parentes
Ipſa Scriptura res duce priva jubet,
Natorum patres circumſtipante cohorte,
Stellarum Solem ceu comitatur honos.
Denique Sol Scholicus divinas lucidus artes
Aſſeret, Aonidum læta canente choro.
Iſta fere noſtri ſollennis imago laboris,
Præſens quam ſuaſit Sole favente dies.
Interea Solem timido dum dicimus ore,
Huc fundat radios gratia larga DEI,
Cujus in elogium nos admiratio Solis,
Principium, medium, clauſula, cuncta, vocant.

Vos, Auditores omni pietate coleudi,
Conſpectu Veſtro ſplendidiore date
Auribus atque æquis, tanti vis clara favoris
Ut micet, hac Solem luce loquente ſuum.

II.

In Scena antemeridiana

CHRISTUM Solem Juſtitiæ in Zodiaco Paſſionali
conſpicuum ſiſtebat
JOH CHRISTOPH. OTTO,
Berlin. March.

PEr duodena poli currit Sol aureus aſtra:
Sol CHRISTUS duodena peregit
Signa, crucis miſeram perpeſſus ſtipite mortem
Terrigenumque DEIque Sequeſter.
Hunc ARIES puerum cornu fruſtrante petebat
Herodes; fuit ille beatus
Cœlituum excubiis. Annos at porro viriles
Ingreſſus, male fida ſubibat
Inter Judæos TAURI non unius aſtra,
A propriis damnatus amicis.
Illum tunc concors GEMINORUM ſidus habere,
Mens patiens ſcelerisque ſolutum
Pectus, conſuevit. Jamque ipſum fata ſub oras
CANCRI retrogradi revocabant.
Non tamen hic unquam virtus divina receſſit,
Magnanimi ſed ſigna LEONIS

Fortius intravit, donec de VIRGINE natus
VIRGINEUM ſe miſit in orbem
VIRGINEO nullos horrenti corde tumultus,
Et vultu durante ſereno.
Hinc iniens LIBRAM, pœnarum pondera mille
Bajulus eheu! ſuſtulit unus,
Cum diras hominum juſto *libramine* culpas
Exegit Nemeſis furioſa.
SCORPIUS intrandus jamjam quin lethifer almo
Juſtitiæ Soli fuit anguis.
Ille gravem auctumnum divinæ ex imbribus iræ
Attulit, intentavit & ipſi
Atra venena Deo. Soli ſed fortior *arcus*
Hæſerat ARCITENENTIS in aſtro:
Inferni Ditis nunc idem tela morari
Noluit hoſtileſque ſagittas.
Jam morti propior CAPRICORNI frigora nondum
Frigidus eſt emenſus JESUS,
Sat memor, humana ſeſe pro gente futurum,
Victima qualis tempore priſco
Horrenda fuit emiſſarius hircus eremo,
Mole alienæ labis onuſtus.
Paulo poſt (veniam date ſic ludente Camœna)
Noſtrum vidit & AMPHORA Solem,
Fontibus è Stygiis te contra, Care Redemptor
Cum torrens aqua præcipitaret,
Extorquens tenero largas è lumine guttas,
Et gemitum pariens miſerandum
Iſto momento, tu quo Lethæa bibebas
Pocula crimine pro peregrino.

Denique ſub PISCES rediiſti mortuus ipſe,
Sic implens miſeri omina Jonæ,
Exanimis Vates qui piſcis ventre ſepultus
Delituit, triduo ſed eunte
Redditus ætheriis auris, Te uti tertia vivum
Vidit Eos lætumque triumphis.
Sic, ſol juſtitiæ, te per bis ſena meantem
Sidera quis nolit venerari?

Solſtitii CHRISTI

In cruce præficam Eclipſin Solarem paſſionalem dicebat

FRANCISCUS Bredow/

Berlin. March.

SOl caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem,
Cæſaris effudit cum perfida Roma cruorem
Sanctum, nec capiti ſacro furiata pepercit)
Latronum rabies. Natorum membra Thyeſti
Fratri dum frater (vah triſtia fercula!) miſit
Atreus, indignans radiis hæc dira tueri
Crimina, converſis currum rexiſſe quadrigis,
Narratur Titan. CHRISTO moriente nefandum
Sol pariter ſtupuit velato lumine gentis
Hebrææ facinus, nec tantum cernere turbæ
Sacrilegæ auſa nefas lux eſt clariſſima cœli,
Solſtitio merſum ſed mortis *præfica Solem*
Juſtitiæ luxit, mœſtos & pulla colores

Induit, atrata ſic funera veſte ſecuta
Exequiasque DEI. Quæ ſint caliginis hujus
Cauſæ, quis neſcit? Sol proh! immanibus auſis
Humanis Dominum cœli terræque peremptum
Horret, & ipſe procul feralia pallia ſumit,
Iſtane ſint vere miracula, quærere noli.
Naturale nihil tales inferre labores
Tum Phœbo potuit: nondum collegerat ignes
Cynthia clara novos; quo demum tempore Solis,
Ordine naturæ; nonnunquam parturit illa
Eclipſes, denſisque ejus jubar occulit umbris.
Jam Phœbe junctis ex omni parte coibat
Cornibus, & totum jam nunc compleverat orbem,
Nec tamen hic juſtis naturæ legibus ipſe
Cynthius eſt corpus viſus retinere ſerenum;
Occubuit fœdæ nocti, lugubreque circum
Velamen paſſus longas perterruit oras.
Talia viderunt Phariæ ſpectacula Thebæ,
Urbs centum celebris portis, auguſtaque vidit
Roma caput mundi, cum Sceptra Hadrianus haberet.
Quis non obſtupuit cernens mœſtiſſima viſu
Hæc pepla cœleſtis lucis? Fatalia ſigna
Credita ſunt ſanctis, cum Byzantina pavorem
Mœnia volvebant, cœlo non læta minante
Tempora, quindenis plus quando ſolibus omne
Delituit cœlum, tenebris Eccleſiæ obortis
Poſthac Cimmeriis. Sol quarta pallidus olim
Luce per & Gallos & Teutonas atque Britannos
Quantos diffudit præſagos ante dolorum
Senſus? hinc capto Friderico Saxone Quinti
Cæſarea Caroli vi, mox trepidante piorum

Progenie paſſim, Lutheri dogmata dia
Dum non una furens late Papalis Erinnys
Inſectata diu. Chriſto moriente ſepultum
Nocte decus Phœbi non æque triſtia monſtret
Omina? quin ſummi, mortales, Numinis iras
Noſcite, neu, labis quam ſit vis horrida veſtræ,
Eſte parum memores. Hæc cœlum condidit atris
Nubibus, hæc ſuperi veſtitum carne Parentis
Natum ſupplicio necuit, miſerandaque paſſum
Omnia Solſtitii poſtremum fata ſubire
Juſſit, & infamis pendentem ſtipite ligni,
Mox etiam tumuli fecit ſubſiſtere clauſtro.
O homines homines, dum Sol ſe luctibus atris
Abdit, vos merito mœrentia pectora poſcit
Candida relligio. Quanquam modus eſſe dolori
Juſtus huic debet. Sol obſcuratus Olympo,
Thuricremis ferret cum dona Cleombrotus aris,
Magnanimum Heroëm Perſis jam bella parantem
Terruit, atque agmen totum revocavit ab Iſthmo.
Non ſic Solſtitium morientis cernere noſtri
Fas eſt Herois. Stygios ita temnimus hoſtes
Excidio timidos: Eclipſis præfica luxit
Solſtitium æterni Solis, quo ſtante cadebat,
Effera vis orci. Sic Soli plaudite Chriſto!

Anima fidelis,

Hic Selenitis, illic Heliopolitis; conquerebatur & ſuſpirabat per

SEBAST. HEINR. Warnicke/

Berlin. March,

QUamdiu terræ retinebor umbris,
Chriſte, Sol læto rutilans Olympo?
Quamdiu incertos imitabor orbes
Damnaque Lunæ?
Creſcit interdum mea, mox priores
In vices noctis gravius relapſa
Lux fere nullis radiis niteſcit
Sidere nullo.
Hinc fides orci tenebras, & artes,
Non tenens priſcum jubar, experitur
Parturit mundus furibundus illinc
Nubila denſa.
Mobilis nutat caro, ſpes & omne
Gaudium retro fugiunt. Relicta
Sic Selenitis refero fugacem
Pallida Lunam.
Phœbe mi, quando ſuperæ Sionis
Das mihi Solem propius tueri?
Quando mutata ſtatione dicar
Lucida Phœbe?
Eia fac cœli properans ad oras
Neſciam Lunæ varios labores:
Jam ſatis pallet mea ceu remoto
Orbita Sole.
Tu mihi poſthac maneas propinquus;
Mœſta caligo valeat malorum,
Æſtus & ceſſet gravium doloris
Solſtitiorum.

III. In

III. In Scenæ pomeridianæ Sect. Politica Parelius Soli Sacri Rom. Imp. oppoſitus,
eludebatur per
JUST. D. Döbel/
Berlin. March.

SOl unus terris: unus LEOPOLDUS in orbe
Teutonio Sol eſt: reſpuit ille duos.
Attamen Auſtriaco prognatum Stemmate Solem
Umbra novi Solis Gallica ferre nequit.
Oppoſitus Soli Rex namque *Parelius* uni
Infeſtus dudum ſtat, LEOPOLDE, tibi.
Omen tu Solis, quod littera nominis infert
Verſa parum, comples, Sceptra beante DEO.
Iſte ſibi Solis tribuens umbratile nomen,
Germani Sphæram neſcit inire poli.
Regnas, o regnes, SOL AUGUSTISSIME, porro
Unicus; in vanum Sol ſpecioſus eat,
Gallica quem nobis minitatur ſphæra ſecundum:
Eſt hic, ſit nubes, prætereaque nihil.
Emphaticon Phyſicis Meteoron dicitur alter
Sol: veri fictum nomen & inſtar habet.
Sis, ut es, Imperio tu, Galle, *Parelius* hoſtis
Romano; emphaticum, ſed Meteoron eris,
Denique grande nihil, Qui Solem condidit unum,
Unum te Solem dat, LEOPOLDE, DEus.
Qui dedit, & poſthac clemens tutabitur unum:
Sol novus Emphaticon ſic Meteoron erit,
Nullius emphaſeos, niſi quam vox jactat inanis:
Ipſam ſi ſpectes rem, manet umbra, nihil.

De

De Luna Turcica Scazontem

annectebat

MICHAEL Jänicke/

Trebbin. March.

LUnam laborantem videbat horrendum
Pellæus olim Rex, rogabat & vates
Ægyptios, quid vellet hoc polo monſtrum,
Quod omen eſſet, & quibus regeſſerunt:
Gens Graja Phœbo, Perſicum ſuæ Lunæ
Confidit agmen, Numini velut ſummo;
Quare Dianæ nigricans & obtectum
Fœdis tenebris lumen eſſe portentum
Cladis futuræ Perſicæ, triumphandi
Nec non Darii Regis. Et fidem Vatum
Oraculo fecit ſecutus eventus
Græcis amicus hoſtiumque fatales
Vehens ruinas. Ecce Sol DEus nobis
Eſt unus ille maximus: DEO vero,
Unique trino ſed tamen, litaturos/
Nos ſanctitate diximus. Litaturis
Sol iſte clemens deſuper coruſcanti
Adeſt nitore gratiæ. Fero Turcæ
Sic Luna ſignum ſcribitur minus felix,
Quod Luna fallax hic erat Muhammedes,
Lunæque ritu crevit illud, & rurſus
Decrevit, atque cornibus nimis fractis
Pallere jam regnum diu laborare
Quin & videtur cladibus tot annorum,

Lucente Sole Teutonum LEOPOLDO,
Thaumantis atque Cæſaris renidere
JOSEPHUS Iris dum poteſt. Adoramus
Nos quisque Solem te, DEus, preces ſanctas
Exaudias inpoſterum, nec immites
Turcas diutius tuo gregi infeſtos
Feras. Inauſpicata, fac Gelonorum
Sit iſta Luna, & amplius ſit AUGUSTO
Noſtro Monarchæ, Pannoni ſimul Regi
Conſtans JOSEPHO ſalus, perennantes
Victoriæ ſint in Getas perhorrendos;
Et pallidæ jam Turcicæ minor Lunæ
Sævire flamma deſinat: ſatis Diti
Hic eſt datum: mox Turcicæ ruat Lunæ
Ignis, recepto nec reſurgat augmento.

SOLIS BRANDENB. ZODIACUS

Per terras ELECTORALIBUS TITULIS *(tum temporis, np. a. 1693.) comprehenſas, adjecta inſuper remotiſſima Guinea,*

recitabatur à

Dieterico Adolpho Vielthut/

Berlin. March.

ANnua Sol cœli currens duodena per aſtra
Omnibus eſt oculis tam delectabile lumen,
Quam lux eſt vitæ, quam vaſtum cuncta per orbem
Dulcia; Sol BRENNUS ſed noſtris gaudia terris

Plura vehit, magno totidem qui numine luſtrat
Sidera, bis ſenas & Phœbus pervigil oras
Auſpiciis reddit felices uſque benignis.

I.

Marchio Marchiacos hic Brandenburgicus, almus
Ut Sol exhilarat cunctos lateque ſerenat
Quintuplicem terram, quam Spreæ juncta fluentis
Brennopolis decorat, vitreus quam lambit Havelus,
Semnoniam rapidus quam præterlabitur Albis
Marchida, qua muros Prentzloæ tranſit avitos
Uckera, qua Viadri ſe jungens fontibus amnis
Wartha ſubit celſis munitam turribus urbem
Cüſtrinum, & magnis audaces territat hoſtes
Molibus. Huic omni Sol noſter ſufficis unus
Telluri, PRINCEPS, tuus & tot diſſita longe
Per loca præſenti diſpenſat ſingula nutu
Auguſtus vultus, quem ſeſe cernere coram
Obſequio victi credunt & ſenſibus ipſis
Cives. O fauſtos nimium nos, illa ſalutat
Quos propius Solis vis atque ſalubriter orta
Tanta beat primos Ægle! ter Marchia felix

II.

Hanc gratare tibi. Sol at divinius idem
Romano Imperio jubar & cœleſtia prorſus
Lumina diffundit, *Cameræ Imperialis* honore
Dum ſummo rutilans ELECTOR publica curat
Commoda Teutoniæ FRIDERICUS TERTIUS armis
Conſiliisque ſacris, ſtupuit quæ Turcica quondam
Buda, nec immanis tentat contemnere Gallus.

III. Ter-

III.

Tertius hinc Soli noſtro ſe *Pruſſicus orbis*
Subjecit DOMINO, quem *Majeſtate ſuprema*
Hic formidandum divina potentia fecit
Atque gravem meritis gens florentiſſima Patrem
Concelebrat Patriæ. Sol quartum BRENNUS in Aſtrum

IV.

Ingreditur, dulci ſignatum nomine *Nymphæ*:
Vere *Parthenius* jam dicitur eſſe *Ducatus*,
Principis & clemens ſervata pace celebrat
Præſidium. Quintum, quod Brandenburgicus intrat

V.

Imperii ac Tituli fama Sol, littora Rheni
Confinis pandunt: hoc *Julia*, *Clivia*, *Montes*
Conficiunt: quorſum, ſi ſpectes tempora priſca,
Marca, *Ravensberga Comitatus Weſtphalus*, atque
Ora Ravenſteini, quam Moſæ perfluit unda,
Pertinuit, memores ut paſſim dicere faſtos
Novimus, ut referunt Electoralia ſigna.

VI.

Sextam Brennonii Sphæram cognoſcere Solis
Ordo jubet Tituli: Viadro vicina *Sedini*
Mœnia, *Caſſubio Pomerania* juncta *Ducatu*
Vandalicus nec non ager, æquoreumque *Caminum*,
Et quæ *Butavios Lauenburgique Dynaſtas*
Terra tulit: pariter noſtrum reverenter adorant
Singula Phœbæum decus, ac virtutibus alti
Sceptrigeri Solis magis inclareſcere gaudent.

 VII. Si-

VII.

Silefia, *Crofna*, *Suebuſi* climata ſidus
Inde novum BRENNO faciunt, lætantur & iſto
ſole coruſcantes, ad Brandenburgica certe
Admirabundis ſeſe diademata flectunt
Geſtibus. Octavum, Clio, ſi pandere ſignum

VIII.

Neſcieris, Germana Tyrus *Noriberga* loquetur
Pro te ſola ſatis: Terram *Burggravius* iſtam
Marchicus illuſtrat Sol atque inſignibus amplis
Immenſum decorat. Nonum *Halberſtadia* ſidus

IX.

Eſt, FRIDERICE, Tibi, regio digniſſima tanto
PRINCIPE, ſolares quorſum tua Gratia ſæpe
Convertit radios. Rurſus quam Nereus ambit
Balthicus, excelſum te Solem *Minda* celebris

X.

Atque urbi validæ contermina lætius ora
Poſſidet, extollens iſto pro munere Numen.
Zollerana Domus Comitum Te digna Nepote

XI. XII.

Majori lucet: Freta tandem Auſtrina *Guineæ*
Dum ſpecto, occiduæ ſeu littora diſſita terræ,
Jamaicæ, pleno numero, *Sol optime*, Muſa,
Quæ dixit, repetet: ſic curris, Maxume *PRINCEPS*,
ELECTORALIS COELI duodena per aſtra.

Har-

Harmoniam Siderum Pythagoricam ad ſuavem concordiæ in cœlo Oeconomico Concentum

applicabat

Otto Kirſtäter /

Berlin. March.

MUſica, Pythagoræ Samii ludente jocoſo
Ingenio, molem totius orbis agit,
Naturamque movet numerorum lege creatam:
Sic vim divinam Muſica dulcis habet.
Illa viri celebris, quem diximus, illa, Platonis
Judicio, ſuperum dirigit una polum,
Suavibus & ſeptem modulantes vocibus orbes
Cœli, concinnis ducit & aſtra modis.
Talia ſunt equidem docti commenta cerebri;
Macrobius, Cicero Somnia pulchra canunt;
Fabula ſed veri partem tenet iſta latentis;
Concentus illos ſecula longa probant.
Ætherii concors diſcordia cernitur axis,
Nullaque naturæ pars inimica ſuæ.
Sidera fert cœlum, nec lumina parva ſorori,
Nec reliquos ignes Phœbus Apollo premit
Omnia jucundo junguntur ſidera nexu,
Qualibet & conſtans pax regione manet.
Sic eſt in cœlis. O terque quaterque beatos,
Quos Socii jungit copula blanda tori,
Litibus & pulſis procul ad Garamantas & Indos,
Pacatam potis eſt uſque docere fidem.

 Abſit

Abſit Eris thalamo, Plutonia migret Erinnys:
Nam cœlum rixas conjugiale fugit.
Infelix cœlum, Xantippe Socratis uxor
Si moroſa virum vellicat ore malo!
Infelix cœlum, ſiquidem Concordia rara!
Sol, Luna, ſtellæ tunc periere novæ,
Muſica Pythagoræ contra ſocialia jura
Conjugii multis auxerit una bonis.
Tunc Sol officii percurrit ſepta virilis
Impiger, atque colit fœmina Luna Virum,
In partem veniens operum, quæ multa penates
Privatos onerant ſollicitamqne domum
Diviſæ levius tolerantur ſic quoque curæ,
Et ſtellis decorat ſexus uterque lares,
Queis nati & natæ numerantur pignora lecti,
Prompta patris genium cum genitrice ſequi.
Quocirca thalami quisquis tibi condere cœlum
Vis, eſto concors: crede, beatus eris.

In Sectione Ethica

Solem, Magiſtrum Fortitudinis bellicæ,

oſtendebat

CHRIST. FRIDER. Grunow/

Berlin. March.

SOl bellicoſi tempore Joſuæ
Spectator hærens deſuper horridas
Clades & hoſtis fuſa vidit
Agmina nil miſerante ferro.

Sol

Sol præliantem Martius & ſemel
Fortem triumphis Hannibalem ſuis,
(Quod Livii faſtis relatum
Audiimus) ſtatuit decorum:
Pœni doloſo conſilio Ducis
Cum verſus, orti ſpicula lucida
Titanis & ventos iniquos
Romulides capiebat hoſtis,
Cui fulgor illinc acrior obſtitit
Magnoque viſum lumine condidit,
Iſtinc & actæ derepente
Pulvereæ nocuere nubes.
Sol & tenebras impete bellico
Et noctis umbras fortior Hercule
Dispellit: omnis bella tanta
Monſtrat Eos, canit atque gallus,
Phœbi renaſcens qui vigil aureum
Promittit ales jamque vocat jubar:
Quin Sol nigris pugnat procellis,
Fulminibusque, Notoque ſævo.
Sic acer armis miles & inclutus
Eſt Imperator: nil timet hoſtium
Adverſa valla, aſtus, tumultus,
Nec cuneos metuit minantes.
Fortem & tenacem propoſiti virum
Armare cauſæ jus validum foris
Hoſtes poteſt inturbulentos;
Brachia dant animosque jura.
Solem æmulatus Divus in hoſtium
Invaſit agmen BRENNUS, adoreis

Præ-

Prælustris & felice Marte
Totius Imperii Redemptor.
Pugnate Magni Vos quoque, PRINCIPES,
Vos cauſa munit fortius integra,
Quam Galliæ Regem ſuperbum,
Liligeri ſociumve Turcam.

Solem, Magiſtrum Temperantiæ,
loquebatur

JOH. FRIDERICH. Melchior/
Gottberg. March.

SOl curru nitido diem
Promens jam fugientibus
Nocturnis tenebris micat
Immutabilis omnibus.
Orbis delicias videt:
Cernit, quam rapiat Venus
Mollis pectora mollia:
Cernit, quod capiat gula
Eſcas inſatiabilis,
Et, quæcunque capit ſacra
Auri quæque petit fames,
Si jam ſpes avidas mala
Urget fortiter actio,
Cernit deſuper omnia,
Sed Soli nihilominus
Exoptabile nil Soli,
Exoptabile ceu poli

Mul-

Multis terrigenis nihil.
Currens talia deſpicit
Fortunæque crepundia,
Terrarumque crepundia,
Cunis ut puerilia
Dantur forte crepundia.
O cœci, quibus impia
Mens mundi bona vilia,
Quin iſta exitialia,
Furtivæ Veneris jocos,
Bacchi præteritum modum,
Fauces anſeris improbi
Suaſit! Luxuriabitis,
Ac ſic luxuriabitis,
Ut Sol talibus ingemat
Heu veſtris levitatibus.
Sic verbum Senecæ valet:
Complures hominum dolent,
Paſſim luxurioſius
Ex quo vivere laudis eſt,
Solus quod nequeat fere
Sol ullis pretiis emi.
Quin Solem potius ſui
Doctorem patitur, malas
Ut fugiſſe libidines
Et tranſire cupidines
Damnoſas homo calleat?
Sol puriſſimus ambulat
Temnens quisquilias Soli;
Purus qui ſibi temperat

Mun-

Mundi deliciis datis,
Cunctis purior abſtinet.

Solem, Magiſtrum Beneficentiæ,
offerebat

JOH. GEORG. Sultz/
Berolin. March.

SOl donis cumulat benignus omnes
Terras egregiis; dat ille lucem
Paſſim, dat Cererem beatiorem,
Dat, quicquid miſeris in orbe nobis,
Ut Sol, eſt peropus. Magiſter eſſe
Sic Titan homini poteſt, egenti
Cuivis ut bona liberaliore
Dextera tribuat. Nec ima vallis,
Depreſſo violæ nec ortus agro
Flos iſthoc humilis caret parente
Lucis. Nos medius, ſupremus, imus
Si terris hominum rogabit ordo
Clemens auxilium, perinde cunctis,
Quod poſcunt, dabimus. Creatus illum
In finem ſuperas plagas olympi
Accepit, radiis ut hunc Apollo
Mundum perpetuis obire pergat.
Non nobis, aliis bono ſed una
Tot dotes capimus DEI benigni
Ex plenis manibus. Dator bonorum
Sol, quicquid varias per orbis oras
Donat, de propriis venire neſcit

Gazis.

Gazis. Simpliciter rogata danda
Afflictis bona ſunt, nec exprobranda,
Nec poſthac animo malo imputanda.
Sol, cœlo jaciens ſoloque lumen
Almum, lucidior redibit uſque:
Lucem dat, retinet: Tenebit iſte
Multum, plus etiam paratiorum
Fortunatus opum leget, petenti
Qui multum miſero nihil negavit.

Solem execœcantem
h. e.
Superbam felicitatem
diſſuadebat

Samuel Pollborn/
Berlin. March.

FOrtia ferre
Spicula Solis
Et radiatum
Quis jubar audet?
Et hebes omnis
Viſus, & iſte
Luminis auctor
Lumina condit
Noſtra tenebris.
Obtenebrantur
Sic quoque multis
Pectora cœcæ
Dedita nocti
Ambitionis,
Dum ſpecioſæ
Sortis ocello
Irradiati
Pectora ſumunt
Bellerophontis.
O bene, culmen
Qui nimis altæ
Sortis abhorrent.

Nam

Nam Phaëthontem Vis oculorum:
Nemo ſerenum Si nimium ſis
Suſtinet uno Sorte ſerena,
Cernere vultu; Denique cœcus
Cœcior inde Ibis & amens.

Solem, Magiſtrum Manſuetudinis & Concordiæ,

indicabat

MARTINUS Stoß/

Berlin. March.

SOl inter cunctos Princeps mediusque Planetas
Concorde ſe diſcordia dirigit atque polum,
Naturæque ſequens juſto fundamina motu,
Concinnus ut ſit omnium nexus & ordo, facit.
Non ſtellas odio, nimio nec ſupprimit æſtu:
Eſt pacis auctor, annuas qui regit ipſe vices,
Brumam, ver, meſſes, mox aſpera tempora Libræ
Vehens, ut orbi priſtinus conſtet ubique tenor.
Ergo ſequi pacem placeat vel Sole magiſtro:
Sit ira mordax, jurgii ſit procul omnis amor.
Chriſtiadis pectus manſuetum pagina ſacra
Mandat: citus volabit hic luce cadente dies.
Ne quem diſcordem fors veſpera ſumma relinquat,
Fas eſt amico candide ſe ſociare ſuo.
Sol ſtellas inter placidus pertriſtis obibit,
Si quis relictus litium nocte ſepultus erit.

So-

Solem Magiſtrum Humanitatis

proponebat

FRID. Stieſel / Berolin. March.

SOl ſtellas inter medius micat ipſe vel minores,
Donatque lumen omnibus benignum:
Non reliquos unquam faſtidiit hic ſuperbus ignes,
Commercio queis junctus eſt amico.
Moribus humanis homines ita mutuum ſacrabunt
Pectus, lepore liberaliore
Ut ſocius niteat ſermo, neque ruſticus pudendo
Faſtidio ſit nauſeæque geſtus.
Harpocrates mutus placuit ſibi forſitan, negato
Sermone amicis, oris atque clauſi
Carcere; Diſplicuit ſapientia ſed ſuperba multis,
Inſaniensque voce dicta juſta:
Et lucem cultos hominesque peroſus ille Timon
Athenienſibus gravis politis
Nonne fuit quondam? radiis uti Sol ſerenat omnes
Terras, eundem ſervat & colorem
Semper, nec ridens poſt nubila triſtiora cœlum
Inferre deſinit Solo ſaloque:
Sic adeo nobis humanior omnibus reducit
Tempus, polus quo tetricus niteſcit;
Non aliter cunctis urbana placebit atque promta
Vox hoſpitis, dulcisque vox amici,
Et faciles linguæ Suadæque fidelis haud coacta
Vis moribus conjuncta cum decoris.
Sol blandus: cui frons moroſa venuſta ſat videtur,
Hic Gratiarum vinculis Dearum,

Ore

Ore, animo, geſtu lepido caret: horret ille Faunus
Omnes, homo vix Sole dignus ipſo.

Solem, Magiſtrum Taciturnitatis,
dicebat
BARTHOL. Rieſe/ Berlin. March.

ARcana cernit omnia
Nec non diurna ſomnia
Mortalium Sol fulgidus
Et luce mira præditus.
Quam ſæpe ſecretiſſimis
Hæc Principum ſeſe ſacris
Infert & in myſteria
Fax Principum latentia
Pertingit, hanc licentiam
Et luminis potentiam
Cogente nullo milite
Aut ferreo ſatellite?
Arcana ſed dum conſpicit
Sol mutus orbe, ſic ſilet,
Ut nil eorum garriat:
Garrire neſcit & loqui.
Magiſter en! fidiſſimi
Sol mutus eſt ſilentii.
Quam turpe, tecta dicere,
Fidemque amico fallere,
Dum, quod latebat antea,
Multis patebat poſtea

Lingua

Lingua retectum perfida
Et oris impotentia!
Amicus eſt, qui dixerit,
Amicus eſt, qui fecerit
Quicquam vidente nemine
Et audiente nemine,
Te præter unum cum DEO
Et Sole præſentiſſimo;
Si nil mali, tacet DEus,
Et Sol, tacebis candidus.

Solem, Magiſtrum Juſtitiæ,
monſtrabat
FRID. EBERH. Lehmann/
Berlin. March.

ÆQuo lumine deſuper
Sol luſtrat Proceres & genus infimum:
Seu Tros ſeu Rutulus fuat,
Æquali pretio pendere ſingulos
Dicetur merito, quia
Omnes irradiat Sol pater unicus,
Unus poſt ſuperum DEum
Jucundæ genitor lucis & arbiter.
Hic certe videt omnium
Virtutesque probas, & mala crimina;
Non illum latet, infima
Qui de gente ſatus turpia perpetrat,
Nec, quem flagitioſior
Invaſit genius, nobilium licet

Stir-

Stirpem jactet inutilem.
Sic & juſtitiæ præſes & optimus
Veri tutor habebitur,
Qui cunctos radio detegit indice,
Sol cœli decus aureum.
Sol mœchum properat prodere, ſi fides
Eſt ſacris rata Vatibus:
Vulcani & Veneris Sole libidinem
Perlucente Dii pares
Viderunt. Specimen ſumite, Judices,
Servandæ inviolabilis
Et ſanctæ Themidos: dives inops, parem
Poſcunt juſtitiæ locum:
Neutrius pretio gratia Judicis
Corrumpatur adultera.
Hinc clauſos oculos præſidibus fori
Collis Martius Attici
Injunxit, metus ut vel favor impotens
Eſſent judicio procul.
Ut magnos, minimos & medios habet
Sol diſcrimine candidus
Nullo: Sic radians juſtitiæ jubar
Æquum Judicis eſt honos:
Sic Sol atque Solon eſt imitans Deum.

Solem, Magiſtrum gratæ mentis,
producebat
G. Gottfried Schober/ Berlin. M.

1. Die

1.
Die güldne Sonnen-Strahlen/
So dieſes Rund bemahlen
Und zieren weit und breit/
Die laſſen ſich hernieder
Und gehen gleichwohl wieder
Zur Sonnen Gütigkeit.

2.
Sie ſind derſelben Söhne/
Drum kehrt ſich ihre Schöne
Zur Sonnen danckbar hin/
Der Spiegel ſchlägt zurücke/
Und weiſet treue Blicke/
Doch ohn Verſtand und Sinn.

3.
Recht! wer das Bild bedencket
Und ſeinen Gönnern ſchencket
Ein danckbares Gemüth;
Undanck ſampt böſen Künſten
Iſt gleich den ſchwartzen Dünſten/
So Lufft und Sonne zieht.

4.
Noch hat die lichte Flammen
Der Sonnen offt zuſammen
Ein ſolcher Dampff bedeckt;
Ein Danck-gefliſſnes Hertze
Läſt ſeines Danck's Kertze
Stets bleiben angeſteckt.

5.
So ſind dann die Gutthaten
Bey ihm ſehr wohl gerathen:
Sein Sinn hat Sonnen-Glantz.
Die Sonne kan GOtt preiſen/
Er Lebenslang beweiſen/
Sein Danck ſey treu und gantz.

Solem magiſtrum Prudentiæ indigitabat
Sigismund Veſter/
Berlin. M.

R Phœ-

PHœbus perpetuo curriculo poli
Dum Sphæram toties permeat, & ſuum
Lætus carpit iter, pervigil omnia
Obſervat, poſiti miraque temporis,
Et quæ terrigenis experientia
Pandit quottidie triſtia, dulcia.
Centum luminibus deſuper hic micat
Argus, reſpiciens præteritos dies,
Venturosque ſatis proſpiciens diu
Annos; arbitrio quippe regit DEI,
Rectoris Superi, totius ordinem
Naturæ, revehens occiduas vices,
Queis æſtas & hyems uſque ſalubriter
Alternent. Simulat ſic ſapientiam,
Qua prudens animus non Epimetheo,
Sed cauto ſtudeat perſimilis viro
Jam transacta prius mox venientibus
Conferre, eveniat nequid & arduum
Et plane inſolitum. Nempe nihil novi
Fit ſub ſole novo: jugiter omnia
Exemplis redeunt priſca recentibus.
Sol currit veteri ſedulus orbita:
Sic, quæ conſilii plurima priſtini
Ex voto veniens temporis exitus
Oſtendit minime vana nec irrita
Eluſiſſe Patres, hæc eadem ſequi
Ecquos pœniteat? Providus omnibus
Se fatisque parem, ſortis & aleæ
Committit, dubius nec trepidat vices
Adverſas animus; nec ſapientiam

Juſti, ſeu fuerit quis celeberrimus
Dux, ſeu ferre ſuis dura penatibus
Sit fas, auxilium deſeret altius.
Mens prudens radiis provehitur ſuis.

In Sectione Scholaſtica

Carmen Eychariſticum pro divinitus conſervato Gymnaſ. Berl recitabat

JOH. DIETERICUS Melchior/
Gottberg. March.

SOl DEUS, & referens clarum ſapientia Solem
Dum noſtros pergunt irradiare focos,
Non hodie fictum Phœbi Divæque Minervæ,
Sed veri numen concelebrare DEI,
Applauſusqe pios & carmina promere grata,
Chordarum ſtrepitu læta ſonante, decet.
Urſiacas ergo vox iſta ſalutet Athenas:
O Pallas nimium fauſta, favente polo!
Heu quot Apollineæ fugerunt urbibus artes,
Ex quo nil ſanctum Mars furibundus amat!
Non ut Alexandri Thebano dextera vati,
Parcis Pieridum tu quoque, Galle, choro,
Diruis Aonidum ſed paſſim funditus aras,
Ipſas exilio, dure Tyranne, premis.
Hinc Heidelbergæ pertriſtia funera Nicer,
Pullaque deplorat pulſa Camœna procul,
Ædibus & doctis eheu! vix rudera reſtant
Squallida, vix pulvis pulvereusque cinis.
Quam trepidant belli rumoribus obruta quondam
Ad Rhenum Phœbi pulpita clara ſatis!

Sicuti Chaonias, aquila veniente, columbas,
Qua fuga cunque patet, terror & horror agit;
Sic ars Caſtalidum nihil inter Martia tela,
Nil Pindi gazæ divitiæque valent.
Nos contra ſtudiis etiamnum candida lætos
Pax facit, & noſtris finibus hoſtis abeſt,
Muſarumque domus Jovæ tutamine tuta
Hæc manet, uſurpans arma quieta togæ.
Urſiacas ergo vox iſta ſalutet Athenas:
O Pallas nimium fauſta, favente polo!
Hic Sol, hic cœli radiat nitidiſſima lampas,
Hinc ſummi rutilat gratia ſumma DEI,
Pulvere dum Scholico vegetis doctrina magiſtris
Diſcentumque gregi nobile fervet opus.
Illos Ætnæis equidem ſub molibus olim
Officii miſeros cernimus eſſe gravis;
At DEus & precibus noſtris placabile Numen
Emollit durum muneris hujus onus,
Viribus ingenii ſervatis corporis auget
Robur, ne quaſſet languida membra labor,
Condere ſed multos ut ſoles rite docendo,
Pandere & ora ſuis quottidiana juvet.
Deſinit interdum laſſata voce Magiſter
Debilis, hæc tamen eſt Sole novata novo.
Excitat auditor ſtudium Doctoris, & artem
Ars, uſus, ratio permeditata, docent.
Talia Socratico quo poſſint munera promi
Ingenio, crebro fit ſopor ipſe brevis,
Noctis & inſomnis tolerantur tædia longa,
Elucubrandum quo peragatur opus.

Proh

Proh miſeri, miſeri, quos talia jugiter urgent
Pondera! Sed noſtris cuncta minora Viris.
Vivunt, & penſis redeuntibus uſque ſuperſunt:
Hæc tibi debetur gratia, magne DEus.
Urſiacas ergo vox iſta ſalutet Athenas:
O Pallas nimium fauſta, favente polo!
Diſcipulos inter clarum Sapientia Solem
Æquat, quem primo mane reduxit Eos.
Succreſcunt radiis, ut quilibet auctibus ævi
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.
Ac veluti currit reſerato carcere velox,
Si quos præcedat, ſi comitetur, equus:
Æmula ſic virtus hic multis auget amorem
Virtutum, fruſtra nec labor ullus abit,
Queis meliore luto finxit præcordia Titan,
Qui precibus jungunt munia juſta piis.
Tunc iſtum ſequitur dives benedictio cœtum,
Cernitur & tandem Solis adultus honos,
Seu Schola, ſeu Templum, ſeu quem Reſpublica dignũ
Æſtimat, exauget muneribusque Virum:
Et certe tales hinc longo tempore multos
Accepit, plures diſſita terra petit.
Urſiacas ergo vox iſta ſalutet Athenas:
O Pallas nimium fauſta, favente polo!
Pocula finguntur Solis fœcunda Poëtis,
In mare purpureis quando relapſus equis,
Cum feſſus repetit lectum auratumque cubile,
Fertque obitu noctis tempora cæca ſuæ.
Herculis indutus Sol paſſim nomine ficto:
Pocula & hic Heros grandia ſæpe bibit,

De

De quibus ut Vatum priſcorum Muſa jocoſa
Luſit, Athenæus ſic quoque docta refert.
Pocula nos vere cœleſtis Solis habemus,
Dum datur è puro gurgite fontis aqua,
Quem Sol illuſtrat DEus omnis conditor artis
Ingenuæ, pietas unde tenella fluit:
Unde bibunt juvenes æterni dogmata verbi,
Et Sophiæ mixtas relligionis aquas.
Hic, hic (Macrobio nam præſes fictus honeſtæ
Sol mentis) verus Sol bona cuncta docet.
Excitat hic animos, recte conſulta miniſtrat
Conſilii Antiſtes doctus Apollo boni,
Non talis, qualem cecinit pagana vetuſtas,
Sed, donat ratio quem ſacer atque liber.
Urſiacas ergo vox iſta ſalutet Athenas:
O Pallas nimium fauſta, favente polo!
Ergo, favente polo, noſtri natale Lycei
Expoſcit feſtum reddere vota DEO.
Hic cuſtos noſtri Magnus laudetur & unus
Gymnaſii: Solum dicite labra DEum.
Illius hæc nobis numen ſanctiſſima fecit
Otia; ſic grates fert Schola tota DEO,
Doctoreſque novem plaudunt, ſimul artis alumnus
Plurimus eſt læto plenus honore DEI.
Urſiacas utinam vox uſque ſalutet Athenas:
O Pallas nimium fauſta, favente polo!

(O)

De

IV. EPILOGUS,

perorante

Caſp. Frider. Tieffenbach / Berlin. March.

DE Sole jam ſilendum,
Sol ipſe dum quieſcit,
Sol nocte dum ſileſcit,
De Sole jam ſilendum.
Sol dictus eſt profano
Dictusque Chriſtiano
Senſu: fuit creatus,
Sol rurſus increatus,
DEus Pater benignus
Et filius coævus
Et Spiritus coævus
Cum Sole comparatus.
Hinc Solis hujus urbem
Luſtravimus coruſcam
Vel gratiæ ſigillis,
Vel gloriæ ſigillis,
Eccleſiam micantem
Hic atque dimicantem,
Satisque dimicando
Mox glorioſiorem.
Tum Sol Monarcha Magnus
Romanus, atque BRENNUS
Laudatus ore grato,
Receptus aure grata.
Domeſticus deinde
Sol Ethicusque luxit
Bis ſena pervolutus
Virtutis omnis aſtra.
Laborioſiori
Tandem ſcholaſticorum
Et Sole prædicato,
Quid nam canemus ultra?
Nil: finis eſt canendi,
Noſtro quod orbe Solis
Jam finis eſt videndi.
Laudatus eſto Jova
Sol protegens Athenas
Has, gaudiisque priſcis
Jucunditatibusque
Feſtivitatis hujus,
Sollennitatis hujus,
Adeo beans benigne,
Donansque luce læta.
Sit ille porro noſtro
Sol optimus Lyceo,
Illuminans docentes,
Illuminans docendos.
Sol ille caſtra circum
Eccleſiæ tenellæ,
Eccleſiæ miſellæ

Sit,

Sit, inter atra belli
Ut ſponſa læta, bella
Micet dicata Chriſto.
Sol ille templa ſacra
Aulasque principales
Germaniæ paventis,
Tumultuante Marte,
Serenitate verbi,
Serenitate pacis,
Securitate certa
Illuſtret ac ſerenet.
Hoc Sole gratioſus
Noſter Monarcha vivat,
Et Sole vivat ipſo
Sol Marchicus beatus
Tutusq; FRIDERICUS.
Sol ille pugnet ipſe
In Turcicumque Gallum,
In Gallicumque Turcam,
Sol ille vos perenni
Felicitate ditet,
Quicunque adeſſe ſacris
His Pallados benigni
Voluiſtis & faventes.
Nos gratiis amicam
Hanc gratiam clientes
Exoſculamur omnes.
Nec ullus hanc ſilebit
Noſtrum; ſed en quieſcit
Nobisque Sol ſileſcit:
De Sole jam ſilendum.

Sit tua carminibus, DEus optime, gloria

F I N I S.

BIBL. UNIW. WROCŁAW


Carmina
spect.
Lat. rec.
II



Georgi Vngnad
Carmina
Marik. ſpect.
I. & II.
Lát. rec.
II